

Franckesche Stiftungen zu Halle

Notae Selectissimorum Commentatorum Iudaicorum In Psalms Davidis Ex Collectione Hebraica Celeberrimi Viri D. Henr. Iac. Van Bashuysen Latine ...

Bashuysen, Heinrich Jakob

Suabaci, 1744

VD18 13450069

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:obv:ha33-1-196405




- 1) Caselij (Joan:) Epistola,
accessit Hermani Conringij
de scriptis Caselianis epistola
Hanoveræ. 1718.
- 2) Flesæ (Jo. Adami) Fasci-
culus commentationum va-
rij argumenti. Altonæ et
Flenzburgi.
- 3) van Baskuysen (Heinr. Jac:
Nota commentatorum judaicorum
in Psalmos Davidis. Latine
reddita à Mentelio. Suabaci
1744.

131 E: 7

Instit.

ij
Aola
ci:
ra:
L
ac:
rum
ne
baci



[27]
NOTAE
SELECTISSIMORUM COMMENTATO-
RUM IUDAICORUM

IN

PSALMOS
DAVIDIS

EX COLLECTIONE HEBRAICA

CELEBERRIMI VIRI

D. HENR. IAC. VAN BASHUYSEN

LATINE REDDITAE

A

CONRADO STEPHANO MEINTELIO.

LIB. I.

PRAEFATIONEM PRAEMISIT,

ANIMADVERSIONES ADSPERSIT,

EMENDATIONESQUE TEXTUS RABBINICI

TOTIUS OPUSCULI,

VNA CUM INDICE LOCORUM BIBLICORUM,

SUBIUNXIT

IOH. GEORGIUS MEINTEL, C. S. Pater.

ACCEDIT EIUDEM DISSERTATIO IN LE-

VIT. XI, 20. 21. 22. ANDR. NORRELIO

SUECO OPPOSITA.

SUABACI,

Impensis IOANNIS IACOBI ENDERES. 1744.

VIRO
SUMME REVERENDO
MAGNIFICO ATQUE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
GEORGIO SAMUELI
ESENBECCIO
SACRORUM
IN AULA BRANDEBURGICO - ONOLDINA
ANTISTITI PRIMARIO
PARITER AC
IN BASILICA D. GUMBERTI
PRAESULI GRAVISSIMO
SERENISSIMI QUOQUE PRINCIPIS
A CONFESSIONIBUS
ET SACRI SENATUS
ADSESSORI SPECTATISSIMO


Huncce libellum
sacrum esse iubet
TANTI NOMINIS
deuotus cultor

• Conradus Stephanus Meintelius.

VIRO
SUMME REVERENDO
MAGNifico ATQUE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
GEORGIO SAMUELII
FERRIBECIO
SACROBRUM
IN ALIA BRANDENBURGICO-ONOLKENA
ANTISTITI PRIMARIO
VARTER AC
IN BASHUCA E. GUMBERTI
FRASILLI GRAVISSIMO
SERENISSIMI QUODQUE PRINCIPIS
A COMPASSIONIBUS
ET SACRI SENATUS
ADRESSORI SPPECTATISSIMO

Hincce libellum
Lectum esse libet
TANTI NOMINIS
deuotio et
Comendat Stephanus Meisnerus.

(o)



VIR SUMME REVERENDE, MAGNI-
FICE, ATQUE EXCELLEN-
TISSIME,

DOMINE AC PATRONE OMNI PIETA-
TIS CULTU AETATEM PRO-
SEQUENDE!

SI, vnde originem quaeque trahunt, eo
maxime relabuntur, quod TIBI, VIR
Magnifice & summe Reverende, has

) 3

ego

ego pagellas omnium primo offeram, Amplif-
simoque TVO Nomini inscribere sustineam,
nemini mirum videbitur. TV enim is es,
qui carissimo Parenti meo eum libellum,
cuius particulam latine versam istae plagu-
lae continent, multis iam abhinc annis,
tanquam perutilem tironibus Hebraismi ac
Rabinismi & valde commodum, commenda-
sti. Quod quum amantissimus mei Pater
meminisset, illum commendatione TVA ad-
ductus prae ceteris elegit, quem mihi litte-
ris hebraicis aliquantulum tincto, & dein-
ceps Rabinicis quoque imbuendo, legen-
dum & tractandum proponeret: cuius qui-
dem incepti haud omnino nullum adhuc
mihi percepisse fructum videor. Quare,
quod a prudentissimo TVO, VIR Magnifi-
ce, consilio profectum est, ad TE iure,
quin imo quodam velut instinctu suo, re-
dit. Neque vero ea sola causa me mouet,
cur TIBI hoc quicquid est opusculi dedica-
tum eam; sed accedunt aliae, quae me,

vt

(o)

vt hoc faciam, impellunt. Quippe, quum
praeclaris illis virtutibus, egregiisque soli-
dissimae doctrinae ornamentis, quibus ad
arduum hocce dignitatis fastigium, in quo
nunc emines, euectus fuisti, insignem ea-
rum litterarum, ad quas ista scriptio spe-
ctat, iungas notitiam, TVVM praecipue iu-
diciū & censuram ea subire gestit. Po-
stremo, quia haud exiguo honori sibi ha-
bet is, quo duce haec conscripsi, meus
Parens, quod iam inde a condiscipulatu
TVAM, VIR Excellentissime, erga se bene-
volentiam expertus sit, eam vt non ipsi
solum conferues, sed in me quoque, filium
eius, deriuēs, hoc libello velut proxeneta
vſus, ea, qua par est, reuerentia, orare
volui. Cuius voti compos quin futurus
sim, vti nullus dubito, ita vt NVMEN di-
uinum, cum longa annorum ferie, robu-
stas TIBI corporis animique vires sufficiat,
cunctaque, quae reipublicae sacrae bono
capis, consilia prospere succedere iubeat,
&


(o)

& omni denique felicitatis genere TE TV-
osque cumulet atque adaugeat, omnibus
votis expeto. Vale! Dabam Pe-
tri- Auraci, IX. Cal. Nouembr.

A. R. S. cło Iccc xxxxi.



Præ-



Præfatio ad Lectorem.

SI quorundam standum sit sententia arbitrorum, qui, quid solidum crepet, quid distent æra lupinis, accurata iudicii lance perpendisse videri volunt: oleum operamque perdunt, vel minus falem necessariis se implicant negotiis, qui in legendis & vertendis Rabbinorum, quos vocant, scriptis laborant. Rabbinos enim in vniuersum non nisi nugas agere & gerras dare, atque ideo plane negligendos ac abiiciendos, quin omnino e medio tollendos esse, illi, quos dixi, iudices arbitrantur. Sunt etiam, qui honorem quidem hebræis habent magistris, plurimumque iis tribuunt; sed conducere negant, vt illorum libri in aliam notiores linguam transferantur. Quæ ambæ partes, etsi studiis inter se diuersæ, quum nobis aduersari videantur, dictis heic confutandæ essent. Sed quum verendum sit, si vtramque causam a capite ad calcem perorare velimus, ne nimiam in molem præfatio

fatio excrescat, neue ipsum, cui præmittitur, libellum magnitudine excedat, quod alienum videretur, vela nimirum orationis contrahenda sunt. Quare nonnisi ea, quæ e re nostra esse, atque ad institutum pertinere videbuntur, ceteris missis, afferemus.

Et illos quidem, qui Rabbinos susque deque habent, eorumque lectionem improbant, vel, quod grauius est, flammis ipsos addicunt, aut ad Garamantas relegatos volunt, multis conuellerè argumentis eo facilius supersedere possumus, quo plures omnium ævo existere, qui Iudaicorum librorum usum vindicarunt atque commendarunt. Sic quum multi Romanorum Pontificum inde a *Gregorio IX.* horrenda in illos fulmina emitterent: subinde tamen fuerunt alii, qui mitius de iis decreuerunt, quorum pariter ac illorum, qui infenso atque inimico in Iudæorum libros fuerunt animo, nomina nominat *b. I. C. Wolfius Bibl. Hebr. P. II. p. 931.* Deinde cum sub initium Seculi XVI. *Joh. Pfeffercornius*, qui ex Iudæorum castris ad nostra transfierat, *Maximilianum Cæsarem* sollicitaret, vt libri Iudæorum abolerentur omnes, & Theologi Colonienfes ei succenturiati, interque eos maxime *Iac. Hogostratus*, idem suaderent: *Joh. Reuchlinus* seu *Capnio*

pnio obstitit, &, caussa ad Curiam Romanam delata, ipsius Pontificis multorumque Patrum Purpuratorum iudicio suffultus peruenit: quam rem ordine enarrat *Joh. Sleidanus Comment. de Statu Rel. & Reip. L. II. ad A. 1520. p. m. 23. b. f.* Postea *Joh. Forsterus, Reuchlini* quidem discipulus, isque talis, quem Præceptor in oculis ferebat, vt patet ex iis, quæ *Mekh. Adamus*, ex eoque cl. *Joh. Georg. Schelhornius Amœnit. Liter. T. XIII. p. 210. f.* de ipso refert, in *Præfatione*, quam *Lexico suo Hebraico* præfixit, omni vtique conatu id egit, vt Rabbinos in contemptum adduceret, atque ex manibus Christianorum excuteret. Verum multos ea in re habuit aduersarios, ex quibus inprimis contra eum pugnarunt *Guil. Schikardus in Bechinath Happeruschim*, p. 107. & *Thom. Cartwrightus T. I. Supplem. Criticor. Sacr. in Præfatione Electis Targumico-Rabbinicis in Gen. prætexta*, c. II. Quos quamvis vicissim refutare conetur *b. Calouius Bibl. Illustr. Prael. Gen. p. 16. f.* ipse tamen nequaquam intercedit, quo minus *κατ' ἀνθρώπων* e Rabbinis vel Magistris suis vrgeantur Hebræi; aut, cum de institutis, ritibus, & ceremoniis res est, audiantur; neque prohibet, quo minus, cum verbum aliquod *ἅπαξ λεγόμενον* occurrit, vel cuius radix inuisitata est, neque in Codice reperitur, e Rab-

binorum scriptis sensus eius quandoque petatur; neque in aliis Rabbiorum scripta conferre vetat. Tanto igitur maiori iure alii, præter Duumviros illos, Rabbios ab impetu *Forsteri* protexerunt. Et proxime quidem illos id fecit *b. Dilherrus*, vel, qui, illo Præside, Dissertationem, *Peruschim*, i. e. *Lectiois Rabbiorum adfertio*, inscriptam, *Schikardi* præcipue vestigia premens, Anno 1636. conscripsit & defendit, *Elias Himmelius*. Habetur illa T. I. *Dispp. Acad. Iob. Mich. Dilherri*, N. XI. p. 335. ff. quam *Forstero* maxime oppositam esse, etsi nomen eius non exprimitur, ea, quæ §. 6. existant, verba ostendunt. Cum enim primam illam Conclusionem auctor posuisset: *Præter mala, plurima quoque bona in se continent Iudæorum scripta*: posteriorem eius partem a pluribus tanquam falsam negari ait, inter alios etiam, quod mirandum sit, a Iudæicorum scriptorum defensoris optimi, *Job. Reuchlini*, discipulo, cetera non degenerare, de nostra fide meritissimo, at Iudæis, se quidem nescio, quo fato aut merito, infensissimo, qui statim in *Dictionarii* sui frontispicio Iudæorum doctores vellicet, in *Præfatione* vero calami aciem in illos stringat gravissime. Quibus verbis *Forsterum* indicari cum certissimum sit, ille, qui margini §. citatæ lemma alleuit, ridi-

ridiculum erravit errorem, quum scripsit: *Iohannes Reuchlinus Iudæis infensissimus*: Præceptorum videlicet tribuens, quod discipulo competit. Aperte vero *Forsterum* post *Dilberrum* aggressi etiam sunt *Job. Henr. Hottingerus Theol. Philol. L. I. C. II. p. m. 146.* & *Job. Christoph. Wagenseilius* in *Præloquio* prolixo atque insigni, quod *Telis igneis Satana* præmisit, p. 64. f. Adde *Christ. Gottl. Meinigii Præf. in Lex. Hebr.* Eadem quasi tempestate, qua classicum in *Germania* contra Rabbinos cecinit *Forsterus*, acerrimum de iisdem bellum in *Hispania* exarsit, multis eos vehementer oppugnantibus, at strenue contra pro illis propugnante famoso illo *Job. Mariana*, de quo fat multis *P. Baelius* in *Dict. Hist. & Crit.* agit. Certamen ipsum, quod *Baelius* haud attigit, paucis exponit *R. Simon Hist. Crit. V. T. L. III. C. VII. p. m. 23. f. vers. lat.* Neque tamen, ut ulterius, atque ad *Seculum XVII.* progrediamur, post ea tempora defuerunt, qui Rabbinos fugillarent conuiciisque proscinderent. Illorum facile princeps fuit *Is. Vossius*, qui cum in alios Rabbinis utentes, tum in *Lightfootum* imprimis, acerrime inuectus est. Vid. *J. A. Fabricii Bibliogr. Antiq. p. 7.* Add. eiusdem *Vossii Diss. de vera ætate mundi, p. 7.* Quem quidem virum non mirum est *Hebræis* scriptoribus adeo iniquum fuisse,

qui Codicem S. Hebræum ipsum vilipendit, eique versionem Græcam LXX. Virorum longe antetulit. Sed & hunc castigauit auctor *Disquiss. Crit. de variis Bibl. Edit.* Lond. 1684. 4. editarum, & eodem seculo, post iam laudatos, alii fuerunt, qui Rabbinorum causam agerent: quos inter eminent *b. Theod. Hackspanius*, qui *Tr. de Scriptorum Iudaicorum in Theologia usu vario & multiplici*, quem *Libro Nizzachon R. Lipmanni, Norimberga vel Altdorfii* potius A. 1644. ab se in lucem edito, subiunxit, Rabbinis patrocinator est quam qui maxime. Nihilominus Rabbinos insectari, eorumque scripta dente theonino rodere, deinceps nostraque ætate perrexerunt alii: vt *Cl. Fleury* in *Tr. du Choix & de la Methode des Etudes*, p. 200. Edit. *Bruxell.* *Job. Clericus* cum in *Arte Critica*, tum in *Comment. Philol. in Pentat. & Libros Histor. V. T.* tum *Scriptorum mentuorum* variis locis, *Ed. Bernardus* Annot. ad *Josephi Antiqq. Iud.* L. III. c. VIII. p. 168. Edit. *Hauercamp.* At ille, vulgo Rabbinorum reiecto, ipsum Talmud potissimum, ad Antiquitates Hebræorum cognoscendas, scrutari iubet, si quis eo studio ducatur, atque adeo, quod altera manu aufert, altera quasi ipse reddit. *Iste* sibi non satis constat, cum in *Bibl. vniuers.* T. I. p. 374. haud exiguum ex lectione Rabbinorum percipi posse fructum

ctum fateatur. *Hic* denique Rabbīnorum
 lectione iudicandi vim corrumpi caussatur,
 quod tamen ipse exemplo suo refellit. Ac-
 cessit illis, qui Rabbīnicas scriptiones, tan-
 quam meras apinas tricasque, & si quid vi-
 lius istis, despuerunt, Auctor Libelli: *Die*
Kunst, leicht, bald, und gründlich gelehrt zu ver-
den, p. 218. f. Sed iudex is videtur esse hac
 quidem in caussa parum idoneus. Verum
 enimvero fatis iam & hunc depexum dedit,
 & Rabbīnos a Triumvirorum illorum po-
 stulationibus tuitus est Celeber. *Job. Godofr.*
Lakemacherus Obsf. Philol. P. IV. N. VII. p. 118.
 ff. Oratio ea est, vt inscriptio habet, qua
 studium Rabbīnicum a recentiorum quo-
 rundam criminationibus vindicatur: habita
 A. 1727. quum Auctor Linguarum Orienta-
 lium Professionem ritu solemnī auspicaretur.
 Id saltem ad vltimam illam Bernardi
 accusationem, quæ præcipua & quasi caput
 caussæ esse videtur, addere liceat, tantum
 abesse, vt iudicandi facultas studio Rabbī-
 nico corrumpatur, quod doctissimus Lake-
 macherus abunde profligauit, vt, si quis rite
 in hoc versetur, illam vel maxime acuat.
 Nam si vsquam, hic certe iudicio exercen-
 do locus est, vbi vera a falsis, recta a pra-
 uis, solida & grauia a friuolis & futilibus,
 subinde sunt discernenda, quin & talia sæpe

occurrunt, quæ sanctissimam nostram religionem vel aperta fronte, vel per latus, petunt, ita quidem, vt ad ea retundenda haud obtusa mentis acie opus sit. Ceterum confer etiam excell. *D. Henr. Jac. van Baskhusen de Neglectu Studii Rabbinici, eiusque causis & remedio, ad virum quendam clarissimum Epistolam, Miscell. Lips. T. XII. p. 1. ff. insertam.* Equidem talpa cæciorem esse iudico, qui non videat, quantum præsidii atque luminis Philologiae Sacrae ex Hebræorum Scriptis attulerint Viri tum aliorum, tum huius inprimis & superioris, seculorum clarissimi, quorum longum contexere possemus indicem, nisi omnium sermonibus celebrati essent, iamque in luce versarentur. Et plurimorum quoque ex iis nomina in notis per hunc libellum sparsis vtramque paginam complent. Quorum si quis laudibus detrahat, nae, is merito maledicus audit. Gloriæ certe adhuc fuit iis, qui S. Codicem ex Auctoribus Græcis, iisque profanis, & vel comicis, sobrie illustrare studuerunt. Quis ergo eos, qui idem ex Hebræorum scriptis, propius hac spectantibus, tentant, iure culpet? Si tamen verum, atque vti res est, dicere velimus, nonnulli, qui Rabbinis additi sunt, modum in illis laudandis excedunt, varieque iis nonnunquam abutuntur. Media

dia igitur & hic via incedendum , vt nec magnificentius , quam par est , nec abiecte nimis , de Rabbinis sentiamus , sed verum his statuamus pretium , & cum cautione iis vtamur. Quod qui fieri debeat , post *b. I. F. Buddeum Isag. Hist. Theol. L. II. C. VIII. §. XI.* p. 1668. ff. omnium optime distinctissimeque docuisse mihi videtur *b. Iob. Iac. Rambachius Institut. Herm. S. L. III. C. VI.* quo de adminiculis Scriptorum Rabbincorum agit. Nos deinceps vsum Rabbincorum exemplis istius , cui præfamur , libelli declarabimus , simulque , quid in iis cauendum sit , lectorem monebimus.

Interea loci ad alterum genus pergimus , eorum , quos Rabbincis quidem scriptis , at minus eorum versionibus , fauere supra diximus. Atque in his nomen suum profitetur vir Hebraicæ Litteraturæ olim peritissimus , de eaque optime meritus *Ge. E. Edzardi* , quippe qui *Præf. in Tr. Talmud. Anoda Sara f. de Idololatria C. I.* p. 12. expedire negat , vt in facilioribus Rabbincorum scriptis transferendis vltior collocetur opera , quia metuendum sit , ne eadem tunc fata Hebraismus patiat , quæ Græca Litteratura vidit , postquam præcipui Codices Græci latine prodierunt. Vbi quia ad Litteras

teras Græcas prouocat, quas versionibus latinis magnum fecisse damnum opinatur, in eo pulchre illi conuenit cum aliis Viris eruditis, ex quibus honoris causa appello excell. *Ioh. Matth. Gesnerum*, qui, quod *Chrestomathia* suæ *Græca*, libello non satis deprædicando, versionem latinam non addiderit, lectori in *Præfatione* ita excusat: *Quod versionem, inquit, latinam non adieci, illud iusto, ut arbitror, consilio factum est: Ex quo enim tempore in schola vel discendi causa vel docendi versatus sum, animaduerti, pestem illam capitalem Græcarum Litterarum esse, quod Græcis Libris fere talibus vtuntur adolescentuli, quibus latina interpretatio adiuncta e regione est. Et paulo post talem versionem ignorantia propugnaculum, imo ganeum inuenum, qui Græce discere debent, nominat. Neue solus ita existimare videatur, in nota subiecta auctoritate se munit Viri clarissimi *Mosis du Soul*, qui ad *Plutarchi Vitas Londini MDCCXXVIII. 5. Voluminibus, 4. studio Bryani*, editas, cum is operi immortalis esset, præfatus est, inque huius *Præfationis* fine, ubi de causis agit, cur pauci græce hodie discant feliciter, etiam posuit morem versionum ad latus ponendarum. Sed quod ad huncce virum attinet, usum versionum contra eum asseruit cl. *Ioh. Sam. Mullerus* in *Præfatione ad Sex Dialogos Platonis, Hamb. 1736.**

græce

græce & germanice , a se in lucem emissos ,
vbi ostendit , cum viam ab illo propositam
per Lexica tantum in legendis Auctoribus
Græcis proficiendi multo longiori anfractu
circumscriptam , adolescentibusque nimis
molestam esse , tum probis versionibus pue-
rum binis linguis simul imbui , & magistrum
nihilominus sat negotii illi dare posse , vt ex
lectione auctoris veram vtilitatem capiat , in
Græcis vero Scriptoribus id inprimis opus
esse , vt iuuentuti faciles reddantur & iucun-
di , cum hodie iusto parcus tractentur.
Quod si meum interponere liceat iudicium ,
mihi quidem inter Auctores Græcos distin-
guendum videtur. Sunt enim quidam , quo-
rum oratio ita clare libereque fluit , vt qui
Noui Testamenti Codicem recte calleat ,
sine cortice in iis natate possit. Qui cur ver-
sionibus onerentur , nulla apparet causa alia ,
nisi hæc , vt pretium altero tanto augeatur ,
vtque etiam Græcarum litterarum expertes
ex huiusmodi libris sapere , iisque tanquam
præsidio inscitiae suæ vti possint. At sunt
ex aduerso alii Auctores , quorum ratio di-
cendi paullo impeditior est , & sæpe ita in-
tricata , vt nonnisi bene exercitati eos satis
explicare valeant. Cuius quidem generis
auctores versione instruere haud inconsul-
tum videtur. Nec repugnauerim , quo mi-
nus

nus alii auctores in gratiam tironum versio-
 nibus aucti edantur. Sed tunc magis forte
 e re iuuentutis fuerit, si interpretatio ab ar-
 chetypo feiungatur, ad exemplum cl. *Tib.
 Hemsterhuisii*, qui *Luciani Colloquia Selecta, una
 cum Cebetis Tabula*, hoc pacto digesta, *Amstel.
 1708. 12.* foras dedit, eiusque instituti hanc
 in *Praefatione* reddidit rationem: *Separata est,
 ait, a Graecis latina versio, ne laboris, ut fieri so-
 let, fugientes pueri, interpretationem adhibendo,
 suam vilitatem defraudent.* Optimum autem
 omni malo ex versionibus metuendo foret
 remedium, si Auctores Graeci ea ratione,
 quam laudatissimus *Gesnerus* in *Chrestomathia
 Graeca* adhibuit, exornati locisque obscurio-
 ribus illustrati prodirent. Quo facto ver-
 sionibus careri commode, Auctoresque ipsi
 Graeci, quorum adhuc magna caritas fuit &
 raritas, minori pretio parari, & maiori cum
 fructu legi possent. Iam idem si in Hebraeo-
 rum scriptis fieret, ipse, ut eorum versiones
 eliminarentur, suasor & impulsor & appro-
 bator essem. Verum aliam & multo diuer-
 sam Hebraeorum scriptorum esse rationem
 constat, ac Graecorum. Illa enim, cum non
 nisi a Iudaeis excudantur, vel nullis, vel he-
 braicis saltem, annotationibus explanata in
 lucem exeunt. Nulla igitur alia ratione iis,
 quibus litteras rabbinicas addiscendi lubido,
 nec

nec tamen, quod sæpe vsu venit, eruditi copia est magistri, consuli potest, quam bonis scriptorum rabbinicorum versionibus. Quod si quis obiiciat, magnam istarum copiam iam profutare: aliæ tamen haud amplius comparent, vel certe difficulter, nec nisi magno parabiles, aliæ ex archetypis paullo rarioribus tantum latine expressæ sunt, neque adeo facile cum his conferri possunt. Consultum itaque, imo quodam modo necessarium est, vt aliæ illis substituantur, & facilius & minori pretio parandæ, & quarum archetypa vulgata sint, vt cum iis abs quouis contendiqueant. Deinde sunt quædam Rabbino- rum scriptiones, a quibus vt tirones initium faciant, illorum interest. Eas vero imprimis in latinam linguam transfundere vtile videtur, vt cum iis primo versionem conferre, tum, hac seposita, relegendas facilius intelligere, atque adeo expeditius in hoc studio progredi possint. Neque tamen semper opus est, integram talis libri versionem dari, sed sufficit interdum, quin & forte magis nonnunquam expedit, aliquam saltim eius partem, tanquam introductionem ad cetera facilius intelligenda, in publicum euolare. E contrario magis necessarium iudicamus, vt, pro ratione libri, annotationes versioni adiungantur, quibus, quæ obscura sunt, illustrentur.

stren-

strentur, quæ animaduersione digna, virgula censoria notentur, atque alia vel noua, vel scitu vtilia, in medium afferantur. Atque hac ratione non modo nihil incommodi, sed plurimum potius commodi, talis labor allaturus est. Postremo, si versio cuiusdam libri rabbinici a viris doctis iam desiderata fuerit, laudem magis quam vituperium meretur, qui ei desiderio aliqua ex parte satisfaciat. Quæ omnia cum in libellum, cuius hic translationem damus, conueniant, in eoque vertendo obseruata fuerint, non plane nos operam lusisse arbitramur.

Nunc, cur ego & filius diuifis pensis hic laborauerimus, quidue ad negotium hocce obeundum nobis ansam atque occasionem dederit, edifferendum est: quod, benevole Lector, ita accipe. Cum, ab A. R. S. MDCCXXIII. vergente, ad Anni MDCCXXX. exitum, *Suabaci*, Metropoli Marchionatus Brandenburgico - Onoldini haud ignobili, Rectoris munere fungerer, contigit mihi, cum illo incomparabili *Joh. Phil. Baratierio*, qui superiore anno præmature cheu! mortalium rebus *Hala Saxonum* exemptus est, frequenter versari. Cui rei vt fidem faciam, eademque opera monumentum Musæ eius poëticæ puerilis confertem, placet Propempticum Hebræum, quo me

Sua-

Suabaco Petri - Auracum abeuntem honoris
caussa profecutus est, bona cum lectoris ve-
nia hic inferere.

En tibi primo inscriptionem Carminis la-
tinam extimam.

HOC CARMEN

HEBRÆUM DOM. I. G. MEINTELIO,

*Primum quidem Gymnastii huius Schwabacensis
Rectori meritissimo, nunc vero vocato*

Pastori oppidi D. PETRI vulgo Peters-
Aurach dicti, in eius abitum offert

JOH. PHIL. BARATERIUS.

Schwabaci.

d. 26. Decemb. anno æræ
Dionys. MDCCXXX.

Post in pagina auersa Titulus sequitur he-
braicus, vna cum ipso Carmine.

כַּסֵּם הַקָּב
ה' ש' י' ה'
לאדוני ורבי
הארון מיינטליוס
האיש הנכבד על לכתו
משוואבא בפתרס-אורח מנגד אנספח
בראש השנה
מתבל
ח"צ

אשירח

אשירה נא עתה לירידי :
 שירת רודי בזמרת :
 רודי הלך מביתו למקומו :
 מה יעשה פקרתו :
 כשמש יצא זרח ונגה :
 כל אדם אורו ראה :
 אכן היא דרך האדם :
 וחק שיהיה נתנם :
 הלך השמש בתקופתו :
 לא נגה אור בכאו ובצאתו :
 בכינו מרתה נפשנו :
 לא נראה עוד אורנו :
 אשריכם אנשים שעמו תחיו :
 ושבקולו תשמעו :
 ברוך אתה בבאך וגם בצאתך :
 ברוך אתה בלכתך ובשכתך :
 מי יאבה לבא בעירנו :
 שיהיה כשמשנו :
 אשרי העם שאתה עמו :
 ושאורך זרחה ונגהה בו :
 יהי עמך ארוני יהוה :
 ויתן נא לך עז וגבורה :
 יהי חיתך רביס שנים :
 ועוד מאה או אלף חגים :
 יהי יהוה עמך בדרכך :
 ובארח שתלך ישמרך :
 ישמור נא יי אותך :
 אותך וגם ביתך :
 יהי שלום בחיליך :
 וגם שלוה בארמנותיך :
 מי יתן לי ספרים בלכתך :
 מי איש בעיר כמוך :
 גילו ושמחו אנשי פת-רס-אורח :
 ספרו ובכו אנשי שוואבך :

אך עמד שמחנו וגלנו :
 על באך במקום טוב מעירנו :
 ועתה אל נא תשכח את עבדך :
 כי אם זכר אתי בשוב לבך :
 יברכך נא לעד י"י :
 אתה וכל אשר עמך :
 ואהיה אדוני עבדך :
 וברכתך על כל טובתך :

יוחנן פילפוס ברטריוס

† †
†

1730.

; חדש טבת "

Liceat his addere trochaicos, quibus fi-
lius meus hebraicos versus expressit.

*Eia ! caro nunc amico
 Pango carmen barbito.
 Hinc amicus heu ! recedit :
 Sparta qui curabitur ?
 Luxit instar solis ortus ;
 Lux patebat omnibus.
 Sors at hoc humana portat,
 Lexque lata caelitus.
 Sol reuoluitur, nec ardet
 Prodiens nec occidens.
 Luctus est nobis acerbus
 Eius orbis lumine.*

B

Vos

Vos beatos! adfuturi
 Voce qui gaudebitis.
 Faustus intra, faustus exi,
 I sedeque prosperus.
 O quis hanc adibit urbem,
 Huius instar sideris?
 Fausta plebs, cum qua manebis,
 Quam replebis lumine!
 Sit Deus Iehoua tecum,
 Teque firmet viribus!
 Viue plurimos in annos,
 Viue mille ferias!
 Sit Iehoua dux viarum,
 Quaque vadis, sospitet!
 Sospitet te Rex Olympi,
 Te tuosque sospitet!
 Pax tuo sit alma lari,
 Faustitas palatio!
 At libros nunc vnde sumam?
 Talis heic ut tu quis est?
 Aura-Petri, (*) plaude, gesti!
 Tu Suabacum plangito!

Sed

(*) Metri causa, & forte origini quoque conuenientius, *Aura-Petri* hic vocatur, quod alias *Petri-Auracum* scribimus. Quæsiuit aliquando ex me Vir quidam eruditus per litteras, quum plura loca sint, quæ cognomen *Auraci* habeant, videanturque veteres eo valde gauisi esse, vnde illud deriveretur?
 Re-

*Sed Tibi congratulamur
Munus hoc praestantius.
Ne tua me mente dele,
Quin mei memento tu.
Prosperet Te Numen usque,
Te Tibique proprium!
Ceterum tuo fauori
Reddo gratus gratias.*

Hinc ergo ut apparet, saepe me & familiariter eruditissimo illo puero usum esse: ita diuino eius ingenio mirifice delectabar, & nonnunquam Patrem eius, Virum optimum, coram felicem praedicabam, qui talem gnatum haberet. Accidit deinde, *A. MDCCXXVIII. tertio Id. Sextil.*, ut, Deo prosperante, & mihi filius nasceretur, is ipse, cuius nomen titulus huius libelli praefert.

B 2

Responsum ad hanc quaestionem tum datum, cuius nec dum me poenitet, eo redit: *Petri-Auracum* cognomen suum riuulo debere isthic oriundo, qui deinceps aliis quoque locis, quae interfuit vel aluit, nomen indat; eandemque ceterorum etiam locorum in Marchionatu Culmbacensi sitorum, quae eodem nomine insigniuntur, rationem esse: Ipsum vero riuum *Auracum*, germanice *die Aura*, ex eo forte id nominis traxisse, quod deorsum per virectum, *die Aue herab*, labatur. Haecenus ergo rectius genere foeminino *Aura*, quam neutro *Auracum*, dici videtur.

ed
—
n-
u-
ir
t,
e-
r?
e-

fert. Qui cum bonis auspiciis augeteretur, auctor mihi fuit *Baratierius* Pater, qua erat humanitate & candore, ut eum eadem ratione, qua ipse in suo erudiendo usus esset, educarem, atque a puero instituerem. Cui licet obiicerem, non ex ligno quouis fieri **Mercurium**, bene tamen sperare & rem experiri iussit. Sed reuera erant, quæ, quominus eadem plane via, eaque tam expedita, puerulum meum ad linguarum notitiam perducere possem, obstare videbantur. Nam primo satis quidem mature emicabat in eo aliquid ingenii; at nihil ad illud, quod in *Baratieride* exsplendescbat. Tum vero, ex munere mihi tunc imposito, omne fere tempus aliis pueris docendis a me infumendum erat, quum contra cl. *Baratierius* Pater tali officio fungeretur, in quo nec iis, qui ordine fiunt, inque circulum recurrunt, laboribus sacris valde occupatus esset, & iis, qui extra ordinem occurrunt, omnino vacaret, & Collegam haberet, atque adeo filio, eique vnico, instituendo plerasque horas impendere & præcipuam operam posset. Equidem haud ita multo post, diuina suffragatione prouectus, filiolo meo annum agente demum tertio, ex puluere illo scholastico emersi, & *Suabaco Petri-Auracum*, ad Sacra isthic procuranda euocatus, habitatum concessi,

cessi, eaque rerum commutatione paullo plus otii ad instruendum filium nactus mihi videbar. At negotia tamen hoc quoque loco nonnunquam ita concatenata inciderunt, vt non integras tantum hebdomadas, sed pene menses, ab erudiendo & curando gnato me abstraherent. Et ipse, vt verum fatear, non tanto ardebat discendi suoque Marte proficiendi desiderio, quin monitore & calcari subinde indigeret. Accesserunt etiam, Dei beneficio, plures filii, qui nec ipsi negligendi erant. Nihil dicam de morbis, qui sat frequentes me interpellarunt, nec de aliis impedimentis, quæ & multum temporis surriperunt, nec nihil molestiæ crearunt. His igitur rebus effectum est, vt meus ille *Baratieridi* ne conferri quidem vlla ratione queat, nedum par poni possit. Neque vero infumtus in eum labor omnis perit. Lento enim quantumuis gradu & quasi per interualla progressus, nonnihil tamen, Deo iuuante, cum in linguis, tum in aliis, profecit. Et ad linguas quidem quod attinet, post latinam & gallicam, græcæ, & deinceps quoque hebraicæ addiscendæ operam dedit, ita vt anno duodecimo authenticas vtriusque Fœderis Tabulas latine & gallice interpretaretur. Cum gallica lingua inde ab aliquo tempore *Italicam*, quippe il-

li maxime affinem, copulauit, vt nunc **Tel-**
lemachum, notissimum librum, vtraque lin-
 gua legat, atque ex alterutra in alteram to-
 lerabiliter conuertat. Ad alia vt veniam,
 eo ante omnia eniti mearum putauit esse par-
 tium, vt sanctissimæ, quam profitemur, Re-
 ligionis certa & immota fundamenta po-
 neret. Quam in rem cum iam a puero
 scriptis diuinis, & in templo & domi, diur-
 na nocturnaue manu versandis, assuefactus
 esset, tum adulto aliquantulum, a Cate-
 chismo, Hutteri Compendium discendum
 dedi, quod ita pertractauit, vt non præci-
 puas solum quæstiones, post repetitam le-
 ctionem, & satis explicatas, sed etiam, &
 vel maxime, Dicta Hebraica & Græca, in
 quibus neruus probandi situs est, in memo-
 riam redigeret. Nec nihil ad id contulit,
 quod annotandis atque excipiendis sermo-
 nibus sacris mature attendit, ita, vt quæ in
 æde sacra audisset, domi pene omnia scripto
 mandaret. Post sacra Geographiam cum
 Historia iustrauit, Rhetoricæ pariter ac Lo-
 gicæ rudimenta posuit, reliquam Philoso-
 phiam primis labris gustauit, Numeros deni-
 que & poëticos, & musicos, & arithmeti-
 cos, tractare cœpit. Sed ad linguas vt re-
 deam, atque ad propositum accedam, vti
 post Nouum Testamentum, semel atque
 iterum

iterum perlectum, sæpius iam laudati Gesneri Chrestomathiæ Græcæ, & ipsi digno iam encomio elatæ, manum admouit, in eaque inprimis mel apis Atticæ, i. e. Xenophon-tea, adhuc libauit: ita, post Libros Codicis Hebræi Historicos, ad Psalterium Dauidis progressus, latine pariter & gallice id interpretatus est: quo semel absoluto, cum ipsi Psalmos in Libro Hammaggidim, vbi Raschii Commentario & Paraphrasi Iudæo-germanica illustrati extant, hebraice & germanice relegendos dedissem, Rabbinica etiam percipere gestiit. Cui eius desiderio ita annui, vt illi cel. *Bashyusenii Psalterium Glossatum* commendarem, vnde non Raschii tantum quæ præcipua essent, sed aliorum quoque Rabbinorum interpretamenta, cognosceret. Vbi quum in *Præfatione* præmissa legeret, versionem eius libelli a Viris quibusdam eruditis expetitam, ex me autem, nondum emissam esse, audiret, vltro de ea concinnanda & publicanda consilium cepit. Meo tamen admonitu in fine libri primi substitit, quod ea sufficerent ad saluam lectoribus mouendam, vel etiam ad sitim restinguendam; eumque laborem, annos natus duodecim, ante, quam annum decimum tertium expleret, absoluit. Vicissim autem ego, ipsius rogatu, animaduersiones addidi, quas

inter exponendum intersperferam, vt non ipsi tantum, sed aliis quoque tironibus Rabbinismi, exemplo essent, qua cautione Rabbinos legere debeant. Atque ita præsens opusculum eo, quo comparet, habitu enatum est, cui imprimendo cum se obtulerit qui sumtus suppeditare vellet, typis illud commisimus. Hæc vero ideo paucis enarranda duxi, ne quis me vel in instituendo gnato nimium deproperasse, eiusque ingenium obruisse, vel, aliis rebus neglectis, Hebraica tantum nos tractasse, vel denique hunc laborem inconsulto, aut inanis saltem gloriolæ captandæ causa, suscepisse putaret.

Restat, vt de virtutibus vsibusque libelli, cuius partem versione & notis illustrauimus, tum & de cautionibus, in eius lectione obseruandis, pauca adiiciamus. Prima illius virtus est, quod Textum Psalterii ipsam vna cum glossis rabbinicis forma adeo compendiosa commodaque sistit, vt vbique comitis loco esse queat. Altera, quod non vnus sed plurium Rabbinorum in Psalmos cogitata exhibet, & lectorem ad varios Scriptores legendos quasi introducit, & præparatum reddit. Tertia, quod quæ in multis libris disperse & diffuse scripta sunt, hic in vnum quasi locum coacta legi possint.

Pro

Pro numero tamen istarum virtutum tria quoque sunt, quæ hic desiderari queant. Primum enim ex breuitatis studio id incommodi accidit, quod vulgo solet, vt, qui brevis esse laborat, obscurus fiat, sensusque nonnullis locis vix pateat, nisi auctores ipsi, ex quibus quidque mutuo acceptum est, conferantur, quod quidem, cum plerique nobis ad manus fuerint, pro viribus factum est. Tum etiam nonnunquam diuersas diuersorum auctorum explicationes confusas reperias, cuius rei exemplum ad Ps. XXXII. 6. not. (b.) animaduersum est. Denique & Textus Psalterii & glossæ rabbinicæ mendis adeo scatent, vt, nisi in quibusdam ipsi auctores iterum in subsidium vocentur, veram lectionem vix ac ne vix quidem hariolari queas. Obseruauit id iam *Ioh. Buxtorfius*, Prof. Basileensis, in *Epistola MS. ad b. Schudtium* data, indice *b. I. C. Wolfio*, *Bibl. Hebr. P. IV. p. 147.* Neque vero id mirandum est, cum & alii libri hebraici, etiam qui *Amstelodami* impressi sunt, erratis typographicis sint refertissimi, quod inter alios *Abarbanelis* *משמע ישוע* illic editus probat. Quare vt *b. Maius* ex isto menda excerpserit, suæque illius operis versionis correctæ adiecit: ita nos ex nostro quoque vitia typorum annotauimus, eaque emendata hisce subiunximus pagellis.

Verum enim omnes minutias confectari nolimus, nec in ipso Textu peccata indicare, cum ea facile ex alia emendatiori Psalmorum editione corrigi queant. Sed nec verba Textus notis rabbinicis immista, & vitiose expressa, nisi raro, emendauimus; nec in iis hæsimus vocabulis, quorum litteræ vel temere diuulsæ, vel cum aliis coniunctæ sunt: namque & in his lector attentus facile sibi consulet. Cetera, quæ ad vsûm huius libelli & cautiones in eius lectione adhibendas spectant, cum aliis libris rabbinicis, præcipue commentariis, ei communia sunt. Et vsûm quidem Scriptorum Iudaicorum *b. Aug. Pfeifferus Crit. S. C. XV. Qu. V. p. m. 319.* fs. concinne diuidit in *Grammaticum*, *Exegeticum*, *Historicum*, quo antiquitates & ritus Iudæorum pertinent, ac *Elencticum*. *Grammaticus* vsûs atque *Exegeticus* in enodanda vocum & loquendi modorum significatione, indagandaque scriptoris mente, situs est. Qui vterque vsûs cum per totum libellum, cuius partem latine conuersam damus, diffundatur, non est quod eum multis demonstremus. Parallelismum eo longe plurimum conferre, notum est: at iste vtramque hic paginam facit. Voces ex Etymologia folicite hic Rabbinii explicant, & rariores vel ignotiores aliis notioribus & vsu-

tatio-

tatoribus commutant. Vtriusque rei specimen vel prima statim libelli pagina ob oculos ponit. Etiam ex aliis linguis sæpe sensum vocis eruunt, vt ex Chaldaica inprimis, & ex Arabica quoque. Vid. ad Psal. XIV, 3. XVIII, 2. 46. XXII, 8. XXXIX, 7. &c. Simulque Interpretem Chaldæum quam sæpissime in consilium adhibent, qui maximo sane vsui est. Quod si non semper rem acu tangant, lectorem tamen ea movent, quæ ipsum iuuare possint. Ad vsum porro *Historicum* quod attinet, is quidem in hoc libello, alterius quippe argumenti, non adeo conspicuus est: at interdum tamen ex ritibus sacris locum quendam pulchre explicat, vt Ps. XXXVII, 20.; vel antiquitates attingit, vt de Schechina, quod in templo secundo defuerit, ad Ps. XXIV, 10.; vel occasionem saltim suppeditat, in ritus Hebræorum inquirendi, quod ex annotationibus nostris apparebit ad Ps. XXIX, 2. not. (n) & XXXV, 10. not. (n). Vsui autem *Elenc-tico* magis hic libellus inferuit, vt scilicet Iudæi de erroribus suis redarguantur, & veritas Christianæ Religionis ex ipsismet illorum verbis asseratur. Nullum quidem in his Rabbiorum vsum esse existimat excell. *Stollus* in *Anleit. zur Hist. der Theolog. Gelahrh. C.* II. §. XXVIII. p. 55. ab inimicis frustra au-

xilium peti dicitans. Sed annon peritus athleta aduersario arma extorquere, eademque in ipsum conuertere, suoque eum iugulare gladio valet? Atque ad eam rem non omnino nihil iste libellus facit. Non solum enim dogmata & hypotheses Iudæorum subleestas nos edocet, quas, qui in arenam cum ipsis descendere velit, ante cognititas habere debet, vt de castigationibus, quod peccata expient, Pf. III, 1. XXIII, 4. de templo tertio, quod expectant, Pf. XXIV, 10. de transmigratione animarum, Pf. XXXIII, 11. &c.: Verum etiam ex propriis ipsorum hypothesibus atque explicationibus illos refellere possumus: vt, quod Psalmos Propheticos, quos nos Christiani de Christo explicamus, vel ipsi ex parte Rabbinum de Messia interpretantur, vel de eo saltem maiores suos exposuisse fatentur. Vid. Pf. II, 1. XX, 2. & 7. XXI, 1. Sin vel maxime in contraria currant, tunc vel ex diuersissimis Rabbinorum expositionibus, vel ex absurditate hypothesum, quas fouent, de veritate conuinci possunt. Vid. Pf. XVI, 10. XXII, 1. 2. 17. XL, 2. In aliis articulis, verbi gratia, de Trinitate, etsi seuerissime nobis contradicant, tales tamen explicationes & hypotheses afferunt, quas in vsum nostrum conuertere, illisque opponere possumus.

fumus. Vid. quæ ad Pf. XVIII, 26. not. (b) habentur, & quæ ad Pf. XX, 10. not. (h) de voce Elohim disputantur. Sic quum nobis vitio vertant, quod multa Prophetarum loca sensu spirituali explicemus, ipsi tamen nonnunquam eodem tramite incedunt: vt Pf. XVI, 5. XXIII, ad v. 5. not. (q). At circumspectione etiam hic opus esse quis neget? Enimvero pleræque in hoc libello cautiones adhibendæ sunt, quæ in aliis eiusmodi. In Grammaticis boni viri vocum significationes interdum confundunt, & pro synonymis habent, quæ distinguendæ erant. Vid. Pf. I, 4. not. (c); V, 13. not. (i). In Exegesi ipsa sæpe ad aliena dilabuntur, & sensum quam longissime accersunt. Sæpe, vt diuinus Scriptor, quod volunt, dicere videatur, fabulas confingunt, eisque expositiones suas superstruunt, vel fictionibus saltem textum illustrare contendunt. Vid. Pf. XVI, 5. not. (p) 10. not. (q) XVIII, 34. not. (i) XXII, 17. not. (n) XXIV, 7. not. (u) &c. Multos Psalmorum, argumento quam maxime inuito ac oblucente, ad præsens suum exilium detorqueant: quod in *Raschio* notatum est, ad Pf. XXXVIII, 21. not. (p) & XXXIX, 10. not. (x). Alios Psalmorum textus ad alias hypotheses suas temere deflectunt. Plura
hic

hic cauenda animaduersiones subiectæ passim suggerent. Ita nimirum ex hoc libello noueris, quid Rabbini sint, uti palpent titubentque: ceu cl. Vir *Iac. Gussëtius*, qui & ipse iu admit-tendis Rabbini paulo difficiliorem se præbet, in *præf. ad Com. H. L.* loquitur. At eosdem tamen indidem perspicias non sine utilitate consuli, & sæpius nos multum iuuare, eamque ipsam rationem, quam in conferendis phrasibus, ut optimam, sectatur *Gussëtius*, Iudæos tenacius tenere, quam dici potest, ut *Scripturam per Scripturam*, explicant, & ex proprietate Linguæ disputent: quod ad coarguendum *Gussëtium*, celeb. *Christ. Reineccius præf. ad Ed. Pocockii Not. Miscell. in Maimonidis portam Mosis recte adferit.*

Iam nil superest, nisi ut, si quid forte peccatum sit, peritum lectorem veniam ro-gitemus, quam eo facilius nos consecutu-ros speramus, quo pronior in his est lapsus, ita, ut ipse cl. *Breithauptius*, felicissimus ceteroquin Raschii interpres, uti nonnullis locis notauimus, nonnunquam a mente magistri aberrauerit. Sic bene,
Benevole Lector, vale, no-
bisque faue,





בש"ט

Psalms I.

- 1 **B** *Eatus vir* : Beatitudines viri & laudes hominis istæ sunt, *quod non ambulavit* &c. *Vir* complectitur matrem et foeminam. *Improbi* sunt, qui amant acquirere opes & desiderium cordis sui in hoc mundo, nec explorant quid intersit inter bonum & malum, & prædantur & furantur propter opes. *Peccator* : peccare est opus errantis, ut si quis opinatur se edere adipem, cum edat sebum, etiam monitus, ne erret in eo. *Derisorum* : Hebr. לצים : ex sententia illius loci : Interpreter inter eos : (Genes. XLII, 23.) sunt qui revelant arcanum Rubenis Simeoni, (a) suntque oppositum mansuetorum. *Sed in lege Domini* : non quod sit beatus prædicandus in eo quod recedit a malo, sed in lege Domini, scilicet, ut faciat

(a) i. e. eorum qui nefanda perpetrant, hominibus superbis, subdolis atque iracundis.

- ciat quoque bonum. *Et in lege sua*: Eo quod in ea laborat, illa vocatur lex ipsius. *Meditabitur*, corde, sicut ait Scriptura: *Meditatio cordis mei*: (Ps. XIX, 15.) *Meditabitur terrorem*. (Jes. XXXIII, 17.)
- 3 *Plantata*, שרור, idem quod נסוץ: *secus riuos*, by pro סמוך by, prope, & non by simpliciter: Sic alibi: *Consistentes prope se*: (Genes. XLV, 1. 1. Sam. XXII, 7.) & aliis præterea locis. פלגי: deriuatur a voce פלג: & significat: *Iuxta aliquem riuorum*: sicut illo loco: *Ad latera nauis*: (Jon. I, 5.) & aliis similibus. *Et folium eius non marcescet*: Vel reiectaneum, quod est in illo, (b) vsui est, confabulatio
- 4 discipulorum sapientum vsui est. יבול idem ac כמש flaccescere. כמון significat קש (c) i. e. stipulam vel paleam. Anima iusti similis est frumento stanti, & improbi
- 5 sunt instar paleæ coram vento. *Propterea non &c.* Cohæret cum Textu sequenti:
Nam

(b) Cl. *Breithauptius*, *Raschii* interpres, hoc ad legem retulit. Vertit enim ita: *Etiam reiectitium, quod est in illa (lege,) habet utilitatem, meditatio discipulorum sapientum habet utilitatem.* Sed repugnat suffixum masculinum.

(c) Differunt tamen מון & קש, vt gluma & stipula Latinis. Illud folliculum s. tuniculam grani, hoc calamum frumenti notat. Vid. b. *Hilleri Hierophyt.* P. II. Cap. 27. p. 158. fs.

6 *Nam nouit Dominus* : Quoniam ipse nouit viam iustorum, & coram eo illa est, vt eam semper agnoscat ; via autem improborum exosa est in oculis eius, & remouet eam a facie sua: idcirco non erit, vbi consistat pes improborum, die iudicii, nec peccatores scribendi in coetu iustorum.

Psalms II.

1 **Q**uare tumultuantur ? Quandoquidem scriptum est: (2. Sam. V, 13.) (d) Et audiuerunt Philistæi, vnxisse Israelitas Dauidem sibi Regem, & congregarunt Philistæi copias suas, sed ceciderunt

C

derunt

(d) Si hoc ita capias, quod hic data fuerit Dauidi occasio, de Messia hoc Psalmo vaticinandi, admitti potest. Sunt enim ex ipsis nostratibus, qui illuc respiciunt. Quia tamen dernum 2. Sam. VII. Dauidi legitur facta illustris illa de C. promissio, rectius ab aliis occasio Psalms huius condendi ad 2. Sam. VIII. vel X. refertur. Id ex toto Psalms argumento liquet, eum de Messia agere. Qua in re cum recentiores Iudæi tergiuerentur, veteres tamen ingenue agnouerunt, id quod allatis eorum testimoniis Hackspanius in Ps. II, 7. L' Empereur Diff. Clauis Talmudicæ præmissa, quam ex merito cum

cum

derunt per manum eius : de illis dixit :
 Quare tumultuantur ? Rabbinum autem
 nostri exposuerunt id de Rege Messia.
 רגשו significat congregationem & colle-
 ctionem cum tumultu & strepitu. Ita di-
 citur : (Ps. LXIV, 3.) A tumultuoso con-
 cursu operantium iniquitatem. ללאמים ad
 ipsam vocem pertinet, vt : Et populus
 populo robustior erit. (Gen. XXV, 23.)
 2 ריק Inane, quia nihil in ipsis est solidi. Proce-
 res, רונים significat principes & reges. Con-
 sultant : Significatio vocis נוסרו affinis est
 significationi עצה וסוד consilii & arcani,
 nec abit a significatione יסוד fundamenti,
 quia consilium & secretum operi idem est
 ac fundamentum ædificio. Et quodnam
 est consilium, contra Dominum, & con-
 3 tra vinctum eius ? Nempe dicunt : *Dirum-*
pamus vincula eorum : hæc sunt lora, qui-
 bus alligant iugum, & עבות sunt funes
 validi, & figurate ponuntur pro consilio
 4 & conspiratione firma. Sed *habitans in*
 5 *cælis irridet, subsannat.* אלימו ad eos : idem
 ac עליהם. Et quodnam verbum eius est ?

At

cum ipsa Clauæ *Bashuyseuius* noster recudendam
 curauit in *Clauæ Talm. Max.* p. 16. ff. inprimis ve-
 ro *G. E. Edzardi* tum in *pref. ad C. I. Auoda Sara*
 p. 15. ff. tum multo prolixius *Not. 101. ad C. I.*
Cod. Berach. p. 259. ff. demonstrarunt.

At ego iniunxi, &c. Aut dicendum, ידבר
 exponendum esse ex illo dicto: Subiiciet
 populos nobis. (Ps. XLVII, 4.) Et
 אילי הערץ idem hic significare, quod
 (2. Reg. XXIV, 15.) cuius sensus est,
 quod abduxit fortes terræ. *Conturbabit*
eos: Nam simul ac cecidit rex eorum, non
 inuenerunt ulli viri bellatores manus
 6 suas: (Ps. LXXVI, 6.) *Inunxi*: Regem
 7 constitui: אל חוק: אל pro את: Et David
 ait: Hanc narrationem ponam mihi in
 statutum & ritum: & quodnam est illud
 statutum? *Dominus dixit ad me: Filius meus*
 8 *es tu*: Hodie genui te, vt sis Rex. (e) *Pete a*
me: Preces funde ad me omni tempore,
 quo proficisceris ad pugnandum cum ho-
 stibus tuis. אפסי idem quod קצות extre-
 mitates: dictiones enim אפס & קן vicinae
 9 sunt significatione. תרעם idem quod
 תשברם.

C 2

(e) Friuola hæc est glossa. Quasi vero hæc sit ge-
 neratio, quod Deus Messiam aut Dauidem regem
 constituerit. Nusquam hoc in Scriptura genera-
 tio dicitur. Nec ratio hic allegatur, cur Messias
 sit Rex, sed cur Filius DEI sit, atque illa ex ipsa
 generatione repetitur. Deinde qui hic vocatur
 בן, postea appellatur בר, quod ipsi Judæi ex
 Prov. XXXI, 2. illustrant, vbi filio vterino nomen
 בר tribuitur. Conf. quoque comma hoc vindi-
 cantem excell. *Deyling. Obss. SS. P. III. p. 144. fs.*

תשברם, confringes eos : *Virga ferrea est*
 gladius. תפזרם idem ac תנפצם, disperges
 eos : contrarium יוצר רגשו גוים קָר. יוצר : fa-
 ciens vas testaceum vocatur יוצר figulus.
 10 *Erudimini, suscipite disciplinam. Si co-*
 11 *lueritis Dominum in timore, tunc exulta-*
 12 *bitis, quum venerit tremor.* נשקו denotat
 osculationem, vt illo loco : Et oscu-
 latus est omnes fratres suos. (Genes.
 XLV, 15.) בר idem quod : (Prov.
 XXXI, 2.) Fili vteri mei. Quia dixit
 Dominus : Filius meus es tu : ait : *Colite*
Dominum, respectu vocis, contra Domi-
 num, versu 3. : & *filium*, respectu vocis
 מדרדך תאבדו דרך quasi משיחו
Nam exardescet breui ira ipsius : nam mo-
 mento exiguo exardescet ira eius contra
 vos repente ; & ea hora *beati omnes qui*
confidunt in eo.

Psalms III.

1 **P** *Salmus Davidis* : Lamentatio dici de-
 bebat propter angustias ipsius. At
 quia erat absolutio a peccato cum
 Bathseba commisso, ideo gauisus est,
 cum fugeret, quoniam exilium expiat
 peccatum ; & sic in omni Psalmo, qui
 de

de poena agit, utitur voce Psalmi, quia
 2 expiat iniquitatem. (f) רבו : denotat
 magnitudinem, uti illo loco : Quam in-
 3 gens est bonitas tua ! (Ps. XXXI, 20.)
 על נפשי idem ac על נפשי, & consimilis lo-
 cus est ille : Et quæsiuerunt homines lo-
 ci לאשתו pro אשתו. (Gen. XXVI, 7.)
Non est ulla salus ei in Deo, Sela : Sensus
 est, in perpetuum, scilicet, in seculo fu-
 turo, propter peccatum cum Bathseba
 perpetratum ; ideo rebellarunt in me.

C 3

Sed

(f) Egregia sc. ratio inscriptionis ! Longe aliud do-
 cet David Ps. XXXII. nimirum nonnisi gratuita
 Dei remissione auferri peccatum. Conf. Ps. XLIX,
 8. 9. Speciatim quoque peccatum cum Bathseba
 commissum Dauidi remissum fuit, simul ac pœni-
 tentiam agebat : 2. Sam. XII, 13. Nec vox מומור,
 qua Psalmus iste inscriptus est, per se lati aliquid
 infert. Hæc enim inscriptio tantum significat, ad
 instrumenta, quæ vocant, musica, Psalmum hunc,
 pariter atque alios, eodem modo inscriptos, fuisse
 decantatum, ita quidem, ut voces atque instru-
 menta pari vsque passu incederent. Vti contra in
 שיר מומור instrumenta initium faciebant, voces
 sequebantur : vicissim vero in שיר מומור voces
 præibant, instrumentis eas excipientibus. Conf.
Gatakeri Cinnus L. I. cap. X. pag. 236. fs. T. I.
Opp. & in compendio celeb. Dn. D. Carpzouii
Introd. in Libr. V. T. P. II. C. III. §. II. p. 88. B.
Buddei Hist. Eccl. V. T. P. II. p. 289. S. R. Langii
Hist. Eccl. V. T. p. 464.

- 4 Sed tu, Domine, clypeus circa me, & hæc est gloria mea, &c. Vel: Tu, Domine, clypeus circa me, & clypeus gloriæ meæ, ita vt vox, clypeus, posita sit loco duarum. Et hoc est oppositum verbis eorum, qui dicunt: Non est vlla ei salus in Deo, neque hoc seculo, neque futuro. Ideo ait: Clypeus circa me, sc. hoc seculo, & clypeus gloriæ meæ, sc. seculo
- 5 venturo. Et cur clypeus circa me? Quia voce mea ad Dominum clamaui oratione, & respondit mihi de monte sanctitatis sue, monte Moriia. Et alii inquirunt, esse montem
- 6 Sinai. Cubui ac dormiui: Præ magnitudine curarum & angustiarum: Sed euigilaui ex angore meo, nam confisus fui, Dominum me esse sustentaturum. Propterea non timebo &c. ורוו idem significat, ac in illis verbis: Continenter castra ponent ad portam. (Jes. XXII, 7.) וחי pro
- 8 וחי in maxilla, deficiente ב. Dentes improborum confregisti: opponitur multis, qui dicunt de anima mea, & peccant ore. Sela: duabus vicibus, supra & hic. Jonathan interpretatur וחיב in secula. Enimvero hæret mihi animus de sententia R. D. Kimchi, qui ita interpretatur: Dicitio ista significat: Attollite vocem vestram: Radix enim eius occurrit (Jes. LXII, 10.)
- Aggerate,

Aggerate, aggerate : aut dictio hæc fuit signum in templo pausandi in pulsatione: & pausatio erat signum rem exaggerandi. Vide etiam in libro Michlal Jophi, in Habacuc C. III. & ibi inuenies in quo acquiescat animus tuus, verba Auctoris. (g)

Psalms IV.

I **P**racentori in pulsationibus : Significat Præsidentem, & innuit magistrum cantici & melodiam : מנצח, quasi dicat, qui præest operi, & princeps vel dux ei præ-

C 4

(g) Ipse auctor Libri Michlal Jophi R. Sal. b. Melech ad Hab. l. c. vocem סלה idem notare putat ac עדי עדי. Qui autem eum suppleuit, R. Jac. Abendana, in Spicilegio, cum Kimchio, a סלל deriuat, vt sit quasi סל ad formam צל, קץ, cum ה paragogico, Dagesch forti, quod imprimendum litteræ ה erat, neglecto. Rectius tamen a rad. סלה deduci videtur, vt sit nota pausæ. Certe cum in Psalmis ἀνεπισημασμένοις, qui assa voce, vt mea opinio fert, decantandi erant, nunquam occurrat, sed tantum in מזמורים, facilis hinc fit coniectura, vocem illam ad Musicam pertinere. Conf. Excell. Dn. D. Heumanni Programma de Sella, Hebræorum Interiectione Musica. Pæcil. Tom. III. Lib. III. p. 471. ls.

- præpositus est : & ille fuit præpositus instrumento dicto Neghinoth : Vide etiam in Raschi & Aben Êfra in hunc sensum.
- 2 *Deus iustitia mea* : nam tu nosti, a me esse iustitiam, & cum iis, qui mihi se opponunt, iniquitatem & violentiam. בצר est Nomen Rei vel Abstractum, vt : In angustia, quæ mihi est. (Ps. XVIII, 7.) *Dilatasti mihi* : in præterito ; ideo etiam ab isto tempore miserere mei, &c. *Filii viri* : ita loquitur respectu Magnatum, qui fuerunt cum Absalomo. מר ער pro מר ער quousque, & per Segol. *Gloria mea in ignominiam*, quasi dicat, cum ego sim rex, & vos rebelletis in me. *Queretis mendacium* : Attentabitis reperire mendacium, sicut Ziphæi, qui mihi obtrectabant, & erga me simulabant pacem.
- 4 הפלה *separauit*, peculiarem fecit, vt cum dicitur : Peculiares efficiet Dominus plagas tuas. (Deut. XXVIII, 59.) *Sanctum sibi*, & ostendit, quis esset sanctus, cum exaudiuit clamantem ipsum ad se ; & in
- 5 hoc cognoscetis, quis sit sanctus meus. רגו idem ac חררו contremiscite coram Domino, & ne peccate. *Dieite in corde vestro* : significat cogitationem : Scilicet, reuocate ad animum vestrum, Deum T. O. M. admonuisse ea de re : שחקו i. e. שחקו filete.

- 6 filete. *Sacrificate*, Iusta facite opera vestra, & ecce eritis vt offerentes sacrificia: Et sic in Targum. "על" pro "אל".
- 7 *Quis ostendet nobis bonum*, vt felix sit Absalom: nam hoc est bonum eorum: נסה pro נשא significatione eleuationis; & venit (np. ס) loco ש & ה pro א per mutationem litterarum אהעה. *Indidisti latitiam cordi meo*: postquam vidi, frumentum & mustum eorum aucta esse: nam speravi in Domino: Transgredienti voluntatem eius si ita fit, quanto magis ei qui facit voluntatem eius? *Quum cubarem & dormirem*: cubui & dormiui secure, nec timui ab vlla angustia & inimico, in praeterito; atque etiam in posterum *solus in securitate collocabis me*: vt alibi dicitur: *Secure solus*, oculus Iacobi: (Deut. XXXIII, 28.) Praecipue enim tranquillitatem & securitatem significat, quod non sit opus, vt collocet copias secum. (h)

C 5

Pfal-

(h) Hebr. scriptum est: להושי' גייסות עמו: vbi להושי' legi potest להושיע, vt in *Bibliis Buxtorffianis*, vel להושיב, quod in *Libro המגיד* expressum est. Nos hanc lectionem, vtpote contextui aptiorem, eligere maluimus, quamuis doctissimus *Breithauptius* priorem praetulerit, verbis illis ita translatis: *vt copie militares eum seruent.*

Psalms V.

- 1 **A** *D Nechiloth* : Species instrumenti mu-
 2 **A** fici fuit illo tempore. *Verba mea*
percipe auribus : quod proferam ore
 meo, auribus percipe, & quod medita-
 bor corde meo, intellige: & ait: *הגגי*
 ab *הגה* cum geminatione secundæ radi-
 calis verbi, vti in dictione *חזיו* fulgetrum,
 cum sermo est de fulgetro tonitruum:
 (Hiob. XXVIII, 26.) a themate *חזה*.
שימה בינה est modus imperatiuus, vti *נא*.
 3 (Hiob. XVII, 3.) *Voci*, significat clamorem.
 Et ratio quod dicit: *Rex meus &*
Deus meus, est, quod non est mihi rex,
 4 coram quo clamem, nisi tu solus. *בקר*
 pro *בבקר*: Et sic post: *Mane disponam*: &
 facilis est ad intelligendum defectus.
Mane disponam tibi orationem meam; &
speculabor, *אצפה* innuit adspæctum, & in
 hoc accedit ad significationem expecta-
 tionis: nam qui expectat alium, adspicit
 5 eum. *יגרד* commorabitur tecum: *רע* vir
 6 malus: *הוללים*: stolidi, bruti: Et inter-
 pretatur Raschi stultos, & lingua Mischnæ
 perturbatos: *Operantes iniquitatem*: In-
 terpretatio habet: facientes mendacium.
 7 *Vir sanguinarius & dolosus*: est obtrectator,
 velut

8

9

10

11

- velut alibi dicitur : Sagitta iugulans, vel tracta, lingua eorum, dolum loquitur. (Ier. IX, 8.) *Abominatur* : dicit : *abominatur* : & dicit : *perdes* : est mos linguæ, loqui nunc in secunda, nunc in tertia
- 8 persona. *At ego* : Redit ad id quod cœperat : Mane audies vocem meam, &c. *Ingrediar domum tuam*, ad celebrandum Te de *amplitudine benignitatis tuæ*, quam præcipuam exhibuisti nobis, fumendo de
- 9 iis supplicium. *Et preces meæ sunt*, vt deducas me in via iustitiæ tuæ : *Propter inimicos meos* : ne gaudeant hostes mei, si impegero. שוררי *hostes mei*, & vocatur ita hostis, quia iugiter intentis in alterum oculis est, vt eum malo afficiat. הושר :
- 10 radix eius ישר. *In ore eius* : in ore vnuscu-
iusque. *Certum* : veritas : sicut dicitur : Et ecce vera certaue res illa. (Deuter. XVII, 4.) *Medium eorum*, est cor absconditum. *Prauitates*, הווה deriuatur ab הוה, eo sensu quo dicitur : vt Rex eorum fias : (Nehem. VI, 6.) Nam agitant cogitationes malas, si forte fiant. *Sepulchrum apertum guttur eorum*, vt deglutiant opes aliorum, sicut sepulchrum deglutit
- 11 corpus. *Lauigant*, verba blandissima. *Desola eos* : האשימם : exponunt ex significatione vocis שממה desolatio. *Decidant*

a consultationibus suis : deiicito consilium eorum. *Rebellarunt in te* : rebellarunt in verba tua, ex significatione illius loci : *Rebelles fuistis ori meo.* (Numeror. XXVII, 12 14.) *Et obtegis* : סוכר radix eius סוכר. *Exultent* : lætentur, vti dictum est : Cum pereunt improbi, cantus. (Prouerb. XI, 13 10.) *Nam tu* : redit ad superiora : Gauderunt iusti, cum videbunt te benedicere iusto, & dispellere improbos. *Ceu clypeo* : scuto & parma (1) : *Coronabis eum* : cinges eum beneplacito circumcirca, ceu scuto, quia id rotundum est vt corona.

Psal-

(1) Quemadmodum latinis scutum, clypeus, parma, pelta, sub vno genere comprehenduntur, specie tamen & figura differunt : ita par ratio est vocum, צנה, סוחרת, מגן, apud Hebræos. Hoc loco צנה est, quod *Michlal Iophi* vt scutum rotundum describit. Idem Psal. XCI, 4. & 2. Chron. XI, 12. de eodem ita : *Instrumentum belli simile scuto, quod vernacula lingua שרמג"א dicitur, Arabica אלוךרקה.* Sed paulo rectius vocem vernacule, i. e. hispanice, 1. Sam. XVII, 7. exprimit שרמג"א *targa*. Est enim hispanice *Darga*, vel *Adarga*, vox, vt alia plurimæ eius linguæ, ab Arabibus accepta, quam æque in *Schindleri Lex. Pentagl.* ac in *Golii Lex. Arab.* inuenias. In *Ioh. Minsben Spanisch and Englisch Dictionary* ita nomen

Psalmus VI.

- 1 **P***Racentori*: Psalmum huncce dixit Dauid, cum esset super lecto languidus. *Octava*, est cithara, quæ erat
- 2 octo chordarum. *Arguas me*, significat castigationem quæ fit verbis: & sic omnis vox redargutionis, ex notatione illius loci: Agite, quæso, & disceptemus. (Ies. I, 18.) *Castiges me*: sunt castigationes morborum. Et ait: *Ne in ira tua*: Vult dicere: Tantum paululum paululum, vt
- 3 possim portare castigationes. *Languidus*: corruptus & attenuatus, vt: Iudæi languidi. (Neh. III, 34.) Et ecce hæc sunt verba Michlal Jophi, qui exponit sensu debilitatis & excisionis. *Conturbata sunt ossa mea*: Vult dicere, corpus, & ait, ossa mea, quia hæc sunt fundamentum corporis. *Et anima mea*, quæ est alligata cor-
- 4 poris,

men Hispanicum exponitur: *A Short and light target or buckler, which the Africans and Spaniards doe vse*: i. e. breue & leue scutum vel clypeum, quo Africani & Hispani vtuntur. Atque eodem modo cel. *Dassouius Diss. ad Tit. Celim* צלם representat, cum figura ære expressa, tum verbis, §. 5, ss. vbi etiam locum hunc nostrum illustrat. *Conf. Hasei Syll. Diss. V. §. 12. p. 264.*

pori, *conturbata est magis, ideo dicit, valde. Et tu, Domine, quousque aspicies morbum meum, nec sanabis? Idcirco, reuertere Domine, ab ardore iræ tuæ. Et libera animam meam* חלצה *habet notionem הצלה liberandi vel eripiendi. Serua me, propter gratiam tuam: non sicut fecit Hiskia, qui prouocauit ad suum ipsius meritum (k). Nam non est in morte recordatio tui: ideo grauis vel dura est ei mors valde: Et in sepulchro quis celebrabit te? cum mortuus fuero, non potero celebrare publice. Defessus sum gemitu meo.* Enarrat magnitudinem morbi sui & gemituum suorum. *Natare facio, ex illo loco illustrandum: sicut expandit natans ad natandum. (Ies. XXV, 11.) Et notat natantem*

(k) Nimirum vitio hic vertitur Hiskia Regi, quod 2. Reg. XX, 3. & Ies. XXXVIII, 3. ad suum ipsius meritum, vt videtur, coram DEO prouocauit: qua de re belle differitur in *Gemara Cod. Berach. fol. 10. col. 2.* Non attigit hanc difficultatem celeb. *Vitringa* in amplissimo suo in *Ies. Commentario.* Vidit autem is, qui *Biblia Vinar.* annotationibus auxit, huncce scrupulum, eumque exemit his verbis: *Dis führt er nicht an, ein Verdienst daraus zu machen, sondern zu zeigen, wie er um seiner Sünden willen desto mehr betrübet sey, und hoffe, daß ihm diese Kranckheit zur Züchtigung und nicht zum Verderben werde ausgeschlagen.*

tantem super aqua; resque per modum hyperboles exaggeratur, atque ita ex omnium sententia. אמסה: significatio eius conuenit cum significatione verbi מסס, ex sensu illius dicti: Liquefecerunt cor populi: (Deut. I, 28. Jos. VII, 5.) & sic in aliis pluribus. Et ait: *Lacrymis lectum meum liquefacio*: Humecto & madofacio spondam meam tanquam aqua.

- 8 *Depastus est* עשש e notione vocis עש, tinea consumet eos, (Jes. L, 9. LI, 8.) ac si diceret, רקבה putruit, contabit. Et ratio, quod ego ploro, *pre indignatione*, qua æstuo propter inimicos meos, gaudentes de morbo meo. עתקה *emotus est*, eodem sensu, quo dicitur: Et amouebitur petra e loco suo. (Jobi XIV, 18.) Et Raschi exponit: Coniuenit ac senectute consumtus fuit. Et vtrumque, depastus est & emotus, dicitur per Hyperbolen & exaggerationem. *In omnibus inimicis meis*, propter omnes inimicos meos.
- 9 *Operantes iniquitatem sunt inimici eius.* *Omnes operantes iniquitatem*: contrarium operantium iustitiam. יקה pro לקה: futurum loco præteriti. Et Michlal Jophi exponit: Ratio, quod loquitur forma futuri: *Admittet*: Hoc tempore, & omni tempore, quo oratio mea ad eum fiet, admittet

11 admittet eam beneuole. Et tunc *pudescient*
 & *conturbabuntur* : Cum viderint, non
 euenisse cogitatum suum, tum reuertentur
 ad me, vt sint in pace mecum ; & eo
 ipso momento pudore a me afficientur.

Psalms VII.

1 **S** *Chiggaion* : Instrumentum Musicum.
 Ita interpretatur Iacob Lombroso :
 at Michlal Iophi exponit sensu gau-
 dii & oblectationis (1), & explicat de
 vna ex speciebus melodix, atque ita ait
 occurrere in oratione Habacuc super
 שגינות : Et multæ sunt sententiæ in hunc
 sensum. ש significat cantum. *Cusch*
 est Saul *filius Jemini* : Vir Benjamin, vel
 Beniaminita, & vocatur Cusch, quia
 non conuertebat se ab odio suo in Dau-
 dem, sicut Aethiops, qui non mutatur
 2 pelle (m). *In Te confisus sum*, & non in
 auxilio

(1) Sed quia argumentum huius Psalmi & oratio-
 nis Habacuci repugnat, quippe quod mœstum
 potius & triste est, *Dn. D. Michaelis in Annotat.*
Vber. in hunc locum, & b. D. Zeltnerus in Bibl. ex
Arab. נש Threnodiam interpretari malunt.

(m) Si Saul Rex sit intelligendus, maiore veri spe-
 cie, eum a patre Kischō per paronomasiam ita
 vocatum

3 auxilio hominis ; ideo ferua me ab omni-
 bus persequentibus me , conspirantibus
 cum Saule. *Rapiat* : significat captionem
 quæ fit rapina, & percussionem, quæ fit
 excisione. *Sicut leo* : Quia erat Rex : &
 dicit Leo, eo quod hic est fortissimus fe-
 rarum, & vocatur rex earum, & si lace-
 ret, non est, qui eripiat. פֶּרֶק frangit :
 vt : (I. Reg. XIX, 11.) Disrumpens
 4 montes. *Si feci hoc* : quid est, quod ipse
 facit ? Id est quod exponitur in sequen-
 5 tibus. *Si retribu* שׁוּלְמִי ei, qui fuit in
 pace mecum, si rependi malum, sed con-
 tra potius expediui aduersantem mihi
 immerito ; eripui Saulem gratis, cum
 6 esset in spelunca. Et אֶחָלֶצָה idem ac הִצַּלְתָּה,
 liberatio אִם, si assequatur. וַיִּרְמוֹס
 : Vav superfluum est : si assequatur,
proculcet in terram vitam meam, quasi dicat,
 occidat me. *Et honorem meum*, animam
 meam, quæ est gloria corporis, *in pulue-*
rem. At anima non descendit in pul-
 uerem ? Verum figurata locutio est, vt
 illa : Adhæret pulueri anima mea. (Pf.

D

CXIX,

vocatum dicas. Sed alii aliquem ministrorum Sau-
 lis, alii maledicentissimum illum Simei, isthoc no-
 mine indicari putant : quæ postrema sententia
Lightfooti est, *Oper. Tom. 1. p. m. 66. & Pfeifferi in*
Dub. vex. in h. 1.

CXIX, 25.) *Sela* est dictio eleuandi vo-
 cem in modulatione; nec vlla eius in sen-
 7 su est ratio. *Surge, Domine*, contra perfe-
 quentes me, vt capiant animam meam.
 8 *Extollitor* tu supra eos, & eripe me e ma-
 nu eorum: *In furores*, quasi propter furo-
 res infestantium me: Et vox עבדות notat
 iram & feruorem. *Euigila*, quasi dicat,
 euigila ad afferendum iudicium ad me,
 8 quod præcepisti, idque est regnum. *Et*
cætus populorum circumdabit te: Si accesserint
 ad te turmæ improborum, vt ferves
 eos, ne attendas voci eorum, sed *supra*
eum (cætum) *reuertere in excelsum*, &
 confide in loco tuo, neque suscipias eos.
 9 *Iudicabit*, significat castigationes. *Iudica*
me, Domine, secundum iustitiam meam, iu-
 dica me pro ratione iustitiæ meæ, quia
 10 non retribui quicquam mali. גמר, *confi-*
ciat, notat consumptionem, *malum improbos*,
 quasi dicat, malum, quod ipsi faciunt,
 conficiat ipsos, & consumat eos. *Et di-*
rigas iustum, dirigas viam iusti & cogita-
 tionem eius. *Et explorans corda*, tu nosti,
 11 quis sit iustus, vt confirmes eum. *Scu-*
tum meum, en ipsum est *penes Deum*: nam
 in ipso situm est, vt sit scutum meum,
 12 quandoquidem est mos eius, vt seruet re-
 ctos corde: *Deus iudicat iustum*, atque etiam
 eum

- eum qui irritat Deum quotidie (n), & hic est improbus, quasi dicat, iustum & im-
- 13 probum iudicat. Et quando iudicabit improbum? *Si non conuerterit se*, per poenitentiam, tunc gladium suum acuet: ילשוש significat idem ac הרוד acuerem, vt, gladius acutus. *Et intendet arcum suum*, ad iudicandos improbos, & componet eum: Ratio autem, quod componet eum, est,
- 14 ad iaculandum. *Et ipsi*, improbo, comparauit Deus T. O. M. *tela mortifera: in feruentibus, & in persequentibus*, ex sensu illius loci: quod tam feruide infecutus es me.
- 15 (Gen. XXXI, 36.) *Ecce parturit*: comparat cogitationes cordis conceptui; & cum egrediuntur sermone, isti sunt dolores partus, vel ea est parturitio; & similitudo operis est ipse partus. Et חן, עמל, שקר, eandem habent significationem, sed quæ voces diuersæ sunt. כרה significat חפירה i. e. effossionem, & notat idem, quod illo loco: Cum foderit aliquis foueam. (Exod. XXI, 33.) Sensus: *Foueam fodit*, ad me coniciendum in eam, sed ipse in illam incidet: vaticinatur,
- D 2

(n) Sic potius: Et Deus indignatur, sc. improbo, quotidie. Superior enim expositio in ordinem verborum impingit.

tur, Saulem moriturum gladio: Et ait:
 17 ויפול, præterito pro futuro. *Molestia eius,*
 quam fecit in persequendo me, redibit
 in caput eius: *Et in verticem eius, &c.*
 Rem eandem iterum dicit aliis vocibus.
Et tunc celebrabo Dominum, pro ratione ius-
titia ipsius, quam fecerit mecum, &
psallam, &c.

Psalmus VIII.

- 1 **P***Ræcentori super Gittith.* Species instru-
 menti musici. Et sunt qui dicunt,
 fecisse eum Psalmum hunc Obed-
 Edomo Gittæo, qui fuit ex filiis Leui,
 ad cantandum eum in domo sanctuarii,
 & multæ sunt sententiæ in hunc sensum.
- 2 *Quam,* notat magnitudinem. *Magnificum*
nomen tuum: Quasi, quam magnificus tu,
 quia nomen eius Ipse est, & Ipse nomen
 eius. תתן תנה, vt sit Imperatiuus (o)
 loco

(o) Alii per infinitiuum exponunt, subintellecto ver-
 bo finito נתת dedisti. Vtrumque coactum. Qua-
 re cel. *Schultenius in Animaduers. Philol.* in h. l. ab
 Arabica lingua auxilium petit, ex eaque תנה tan-
 quam Nomen per laudem vel encomium inter-
 pretatur. Vnde liquidum hunc emergere putat
 sensum: Quia laus gloriæ tuæ est supra cælos.
 Quod

- 3 loco futuri : & dictio תורה notat virtutem & magnificentiam. *Ex ore paruulorum* : Si non loquuntur ore suo, ipsi per se celebrant gratiam tuam, quod sustentas & foecundas illos, eosque auges corpore ipforum, longitudine & crassitie. Atque id omne *propter aduersarios tuos*, ad inania reddenda verba abnegantium & dicentium, non esse Deum: *ad cessare faciendum*, ad abolendum. Sed ego, *cum video caelos tuos*, &c. tunc miror animo meo, *quid est homo, quod memor es eius & minuisi eum?* &c. Et non memorat Solem. Ideo sunt qui dicant, noctu dixisse Psalmum hunc, tempore quo contemplatus est stellas.
- 5 *Quid est homo?* Innuat paruitatem, oppositum illius : Quam magnificum ! nam illud ad amplificationem, hoc ad diminutionem pertinet. *Et filius hominis*, &c.

D 3

Idem

Quod licet Grammatica haud facile ferat, cum תורה non sit status constructi, suo tamen calculo comprobat cel. D. Michaelis in *Annot. vber.* in h. l. Mihi quidem nihil hic Arabismo opus esse videtur. Prono enim alueo fluit oratio, si תורה dicas positum esse pro תורה, littera ך per Aphæresin ablata. Neue obiicias, id non fieri solere, nisi cum ך schuandum fuerit, en tibi geminum plane exemplum in eodem verbo 2. *Sam.* XXII, 41. vbi תורה dedisti est pro תורה quod *Pf.* XVIII, 41. ceu loco parallelo plene expressum inuenitur.

- 6 Idem dicit iterum vocibus diuersis. *A Diis*, ab angelis: quia potestatem dedisti Josuæ, sistendi solem, & exsiccandi Iordanem, & Mosi, diffindendi mare, & ascendendi in altum, & Eliæ, in vitam
- 7 reuocandi mortuum. *In opus manuum tuarum*: Creaturas inferiores: aut interpretari licet etiam de superioribus, & dominium est, quod comprehendit animo suo itionem sphærarum & stellarum.
- 8 (p) *Omnia posuisti*, inferiora omnia. צונה idem quod צא; *Et boues*, & armenta, צבאים eodem sensu, quo dicitur: Foetui bouum tuorum. (Deut. VII, 13.) Et ait *omnia*, propter reliquas bestias, quæ educantur apud eum, vt equi, asini, & camelus. *Et de bestiis campi*, dicit etiam: nam etiam in illas, quæ non educantur cum illo in terra habitata, ipse dominatur sapientia sua in eas. *Auem cæli*: Etiam illa, quæ non sunt in terra cum eo, vt auis, quæ volat; *Et pisces maris*: qui deambulant in aquis: In omnia dominatur, & venatur illa solertia sua. *Peragrans itinera*

(p) Nec restringere hoc licet ad creaturas tantum inferiores, cum nulla hic excipiatur rerum creaturarum, nec de comprehensione saltem animi, quoad corpora cœlestia, dominium interpretari fas est.

ra marina: facit naues, & transit semitas
 marium illis. Et postquam plene enar-
 ravit benignitatem, quam fecit homini,
 & potestatem, quam dedit illi, cum ipse
 sit paruus respectu creaturarum superio-
 rum, redit ad celebrandum, & inquit:
Domine, Domine noster, &c.

Psalms IX.

- 1 **P** *Racentori Al-muth*: de morte: Duæ
 voces sunt. Et Psalmum hunc dixit
 Dauid de quodam hostium suorum,
 qui mortuus erat, & vexauerat quoque
 2 *Israelem*: cuius nomen *Labben*. (q) *Cele-*
brabo Dominum toto corde: in occulto: *enar-*
rabo,

D 4

est. Quale enim perceptio rei sit dominium?
 Agnoscere igitur deberent Iudæi, non de homi-
 ne in genere hic sermonem esse, sed de Messia,
 quod nos Christiani, præter quosdam iudaizan-
 tes, ut *Grotium* & *Clericum*, perhibemus.

- (q) Alii, ut est in *Michlal Iophi*, hunc hostem specia-
 tim pro Goliatho habent, ea ratione adducti, quod
 ille 1. *Sam.* XVII, 4. *איש הרבים* dicatur. Cui sen-
 tentiæ, præter alios, subscripsit *Lightfoot* in *Chron.*
Temp. & Ord. Text. V. T. Opp. T. I. p. m. 55.
 Sed aliis vero similis vel instrumentum musicum,
 ut *b. Schmidio*, vel carminis genus, aut cantile-
 næ initium, ut *b. Pfeiffero*, fuisse videtur.

enarrabo, palam. *Enarrabo omnia mirabilia tua:*
 nam propter mirabile vnum enarrabit
 homo mirabilia alia quæ præterierunt.
 3 *Gaudebo, & exultabo:* atque præ gaudio
 4 *pfallam: Retrouersis hostibus meis:* viris ho-
 stis Labben: nam non erit eis, vbi confi-
 5 stant, mortuo Rege ipforum. *Quia egisti*
causam & litem meam. Voces sunt dupli-
 catae, & non est discrimen inter eas:
 vt quando dicitur in cœlo testis meus,
 & conscius mihi in regionibus æthereis,
 6 (Hiobi XVI, 19.) *Consedisti in throno:*
 throno iudicii. *Increpuiisti improbum,* no-
 tat excisionem. *Perdidisti improbum:* ille
 7 est Labben: *O hostem! desere vastationes*
perpetuo, vastitates odii eius, quod fuit
 in nos, in perpetuum desierunt. *Et vr-*
bes euertisti, pro vrbes, quas euertisti &
 deuastasti: *periiit memoria earum,* & desie-
 runt in æternum, ita periiit memoria tua
 8 nunc. (r) *Sed Dominus in æternum perma-*
 9 *nebit: & sumet supplicium de te. Et ipse ad*
tempus finis iudicabit orbem: רבב sunt ter-
 ræ orbis habitabilis. *In iustitia, & natio-*
nes

(r) Non negligenda hic est emphasis posterioris he-
 mistichii: Periiit memoria illarum ipsarum, sc. vr-
 bium: vel, quia pronomina hebræa generis ma-
 sculini sunt, rectius: illorum ipforum, sc. hostium.

nes in equitate, secundum recte facta quæ
 in iis sunt (s), & iudicat eas nocte, quum
 dormiunt a transgressionibus: Sed tem-
 pore finis collocat thronum suum ad iu-
 dicium. *Erit Dominus presidium*: משוב no-
 tat excelsum: vt (Prou. XVIII, II.) mu-
 rus editus: *Attenuato*: Israëlitis, qui sunt
 attriti: *Temporibus in angustia*, temporibus
 angustiae. Ideo iustum est, vt *confidant in*
te cognoscentes nomen tuum. Psallite Domino
habitanti Zion: Quando redibit fedes eius
 Zionem, canant ei ita, & dicant: *Indi-*
cate, &c. Eorum recordatur sanguinum, qui
 effusi fuerunt ex Israël. *Miserere mei,*
Domine: sicut seruasti nos olim ex angu-
 stiis nostris, ita miserere mei in posterum.

D 5

Ex

(s) Non notarem hic, nisi glossa hæc Raschiana ali-
 quam illustrationem posceret, cl. Breithauptium in
 illa vertenda paululum a mente magistri deflexisse,
 quum vertit: *Propter rectos (s. iustos) qui inter illos*
(improbos) reperiuntur. Ipsum autem glossema,
 post scholion Breithauptianum, paraphrasi aucto-
 ris המגידים illustrabo, quæ ita habet: *Und wen*
die גאולה wert komen, wert Got die welt richten
mit gerechtikeit; und die Voelker mit rechtfertikeit:
den eb die גאולה komen is, bat er sie pflegen דן zu
sein, wen sie geschlafen haben, da sie kein עבירות ha-
ben getan: aber בשעת גאולה uvert sie Got recht
במשפט דן sein, und nit mit רחמנות.

14 *Extollens me e portis leti* : quia sunt portæ
 mortis in infimis partibus , ait respectu
 15 eius , *exaltans me*. *Demersa sunt gentes* :
 16 hæc est laus quam enarrabo : *Demersa*
sunt in foueam , in quam cogitauerant nos
 deiicere , & ipsæ inciderunt. *In rete* ¶
 idem quod ארס , vt alibi : populum illos
 17 formaui mihi. (Ies. XLIII , 21.) (t) *No-*
tus factus est Dominus creaturis , ipsum do-
 minatorem esse : nam ecce iudicium exer-
 cuit in eas. *Illaqueatus est improbus* , impe-
 git improbus : *Meditatio* , *Sela !* medita-
 18 bor hoc , *Sela*. *Reuertantur improbi* : quan-
 doquidem homo creatus est e terra , ideo
 19 inquit , reuertantur. *Nam non in perpe-*
tuum obliuioni tradetur pauper : Israël : &
spes vel expectatio miserorum non peribit in per-
petuum. *Non* , quod commemorat , stat
 loco duorum : sic est mos linguæ. אנוכי
 scriptum est , sed lectio est אני : nam af-
 20 ficti sunt mansueti plerumque. *Surge*, *Do-*
mine ! David orat , vt mature faciat hoc.
Surge , quasi extolle te : *ne roboretur homo* :
 nomen speciei , vt cum dicitur : *Et fuit*
michi bos & asinus : (Genes. XXXII , 5.)
 ne roborent se amplius , dicendo , esse sibi
 robur

(t) Concinnius videtur cum Michlal Iophi dicere , ¶
 positum esse pro אשר , vel idem esse ac אר.

robur contra Israëlem. *Iudicentur gentes coram facie tua*, propter indignationem, ad quam prouocarunt te in sanctuario tuo. *Pone, Domine, timorem*: מורה notat timorem, & permutatur Aleph cum He: *Et cognoscant homines se esse*: איש pro אנוש, & vocatur ita, quia omnes dies eius dolores, (Coh. II, 23.) ex significatione illius loci: Et dolor desperatus. (Ies. XVII, II.) Quasi dicat: Cognoscent se esse homines, non vero Numen, vt eorum potentia sit dominans. *Sela*, certe.

Psalmus X.

PSalmum hunc dixit Dauid in orationem, vt oret ea omnis homo quum est in angustia. *Quare, Domine, stas in longinquo?* ב in ברחוק stat loco duorum, vult dicere, in loco remoto. Propterea quod non ostendit robur suum, similis est homini stanti e longinquo, vt non videat. *Temporibus in angustia*: quibus sumus in angustia & anxietate. ירלק, id est, persequetur: vt (Gen. XXXI, 36.) quod persequutus es me. *Comprehendantur in cogitationibus quas commenti sunt*: fit beneplacitum, vt comprehendantur improbi, in cogitationibus, quas excogitauerunt, ad

ad capiendos pauperes. Et sensus vocis
 3 u idem ac אשר. *Quia gloriatur improbus :*
 4 Eo quod laudat improbus se ipsum,
 quod faciat desiderium cordis sui, nec
 est, qui eum impediatur ab eo ; ideo ostende
 ei tu, esse superiorem ipso. *Et auarus
 benedicit, raptor laudat seipsum : di-
 cendo : (u) Contempsit Dominum : נאץ idem
 4 quod חרה : & pax ei erit. Iuxta elatio-
 nem vultus sui : Extollit se animo, atque
 eleuat vultum suum : Et coniunctum est
 גובה cum אף (nasus) quia non est in fa-
 cie quicquam elatius eo. *Non queret :*
 Omnes cogitationes eius dicunt ei : Non
 requiret Deus ullam rem, quam fecere.
 5 *Non est Deus :* Non est iudicium neque iu-
 dex. *Feliciter eueniunt via eius :* יחילו idem
 quod יצליתו : (x) etiamsi nulla via sit sine
 peri-*

(u) Non videtur opus esse hoc supplemento. Ma-
 lim ita : Et auarus valedicit, (quin) contemnit
 Dominum.

(x) Ita etiam *Targum* cum vtraque versione *Iudeo-
 Germanica & Gallica*. Sed cum nullo idoneo
 exemplo hæc significatio probari possit, aliter ver-
 tendum videtur. B. *Schmidius* : *Dolores pariunt :* in
 quem sensum etiam id reddunt *versio Anglica &
 Belgica*. *Vulgata* habet : *Inquinatae sunt viae illius :*
 Sic quoque *Diodati* : *Le sue vie sono profane :*
 quasi יחילו sit חלל. Sed quid impedit, quo
 mi-

periculo, ille tamen prospere agit. *Altissime* (absunt) *iudicia tua a conspectu eius*: Amota sunt iudicia castigationum & poenarum a conspectu eius, quod illa non veniunt contra ipsum. *Omnes hostes suos illaqueat*: חַיִּי is est ex significatione laquei & tendiculæ. (y) *Dicit in corde suo, in æternum non movebor a magnitudine mea: In generationem & generationem viuam: nec enim versabor in malo: ideo viuam in*
 7 *tempus multum. Exsecratione os suum implet*: (Implet) os suum iureiurando, ut fidem habeat ei homo. *Et fraudibus &*
 8 *dolo: fraude & mendacio. Sub lingua eius, in corde, quod est sub lingua. In insidiis villarum*: Siquidem est villæ latibulum, ne furentur homines ex atrio, ibi sedet: & *in occultis, a filiis hominis, ne eum videant. Occidit innocentem, & non cauet sibi a DEO vidente omnia. Oculi eius in afflictum, ad capiendas facultates pauperis*

minus cum b. Geiero, ad b. Lutheri mentem, veritas: *permanent, perdurant?* Collat. *Hiob. XX, 21.*

(y) Nondum ista huius verbi significatio ita euiecta est, ut non præster, cum *Raschio* de statu explicare, in quo eum binæ versiones Iudaico-Germanicæ sequuntur, ceteris plerisque in eum sensum consentientibus. Latine cum b. *Schmidio* reddas: *Exsufflat in eos, vel Suetoniano vocabulo: Deflat eos.*

peris aut iusti, *speculantur*, insidiantur.
 9 *Sicut leo, stat in lustro suo, & insidiatur ad rapiendum, quod transit: Insidiatur improbus ad inuadendum inopem inuadit inopem, in rete suam eum trahendo: Ut venator vel aucceps, qui expandit rete, & stat procul, & trahit funibus, ut auis capiatur: ita mos est improbi, stare procul a viis, ne*
 10 *caueant sibi filii hominis ab eo. Deprimat se, inclinat se, attritum & humilem se gerit, ne agnoscatur: ut cadat per robustos ipse, manus & pedes eius, quibus est vis robusta, חלכאים, turba attritorum, turba confractorum: est ea ex dictionibus, quæ scriptæ sunt ut vnica, & leguntur ut duæ: quemadmodum כגו, venit turma. (Genes. XXX, 11.) Dicit in corde suo, oblitus est Deus: fatetur esse Deum, sed oblitum esse: Abscondit faciem suam, & non vult videre factum improborum,*
 12 *לנצח in æternum. Surge, Domine, ad ostendendam virtutem: ne obliuiscaris miseris: oppositum ei quod dixit, oblitus est Deus: & ciba pios e manu tua, non*
 13 *per manus diuitum improborum. Quare sperneret improbus in posterum Deum? diceret apud animum suum, te non requi-*
 14 *siturum quod antea fecit? Vides, sapientia tua: Nam tu adspicis sine dubio mole-*
 stiam

stiam & iniuriam quam facit improbus :
Vt des manu tua ei retributionem omni
tempore quo volueris. Tibi committit se
cœtus miser, Israelitæ, qui sunt cœtus tuus.
Pupilli tu fuisti adiutor, diebus priscis : qua-
re ego spero in te, te facturum etiã
 15 *nunc. Frange brachium improbi, brachium*
 & *robur eius : & malum, improbitatem*
 eius, *require, quia dicit te non inquisitu-*
 rum : *Et postea improbitatem eius, impro-*
 borum *Israelis, non inuenies, (z) vt non*
 16 *sit qui improbum timeat. Dominus Rex*
in seculum & æternum, postquam perierint
 17 *gentes e terra eius. Desiderium humilium*
exaudisti, exaudies. Componis cor eorum,
 aufers e *corde eorum sollicitudinem secu-*
 li huius, & *tunc attendit auris tua ad ora-*
 18 *tionem eorum. Et quæ est oratio illo-*
 rum? *vt vindices pupillum & tenuem a*
 manu *opprimentium illos. Ne pergat am-*
 plius *violenter exagitare eos homo e terra, in-*
 firmos & *debiles (a).*

Psal-

- (z) Si accentuum rationem habueris, is ordo & sensus verborum est : Frange brachium improbi, & malum (quod attinet,) inquirito improbitatem eius ne inuenias. Vid. *Alethæi Erleuterung, P. IV. p. 225. fs.*
- (a) Ita quidem ad mentem *Kimchii*, quem hic *Col-*
 lector,

Psalmus XI.

- 1 **P** *Racentori*, significat præsidem, qui præest operi pulsationis. Et Psalmum hunc dixit David contra illos, qui indicabant Sauli locum, quo cogitabat euadere: *Quomodo dicitis anima mea? נפש נפש* est נפש anima, quæ regit corpus: *Transmigra in montem vestrum, Deum, (b) qui est robur vestrum, sicut*
- 2 *mons: abi vagando, sicut avis, quæ diuagatur e nido suo. Nam ecce improbi, Doëg & delatores istius ætatis, intendunt arcum, arcum linguæ suæ, adaptant sagittam suam ad neruum arcus, ad iaculandum, ad coniciendum, eo sensu quo dicitur: iaculis conficietur: (Exodi XIX, 13.) in oc-*
- 3 *culto, in tenebris & in latibulo: rectos corde, Dauidem & sacerdotes Nob. Nam ecce*

lector noster sequi videtur, vertendum est. Secundum *Aben-Efram* vero etiam ita, & rectius, veritas: Ne pergat amplius timere eos homo, &c. Sic quoque e Christianis *Vatablus*, b. *Wokenius*, *Diss. Philol. in Ps. CX. 3.* celeberr. *Oederus Centur. Coniectur. N. 28. §. 3. p. 99.*

- (b) Non opus est, montem hic improprie capere de Deo, sed præstat montes Iudææ intelligere, ad quos David cum fugæ sociis perfugit.

ecce *fundamenta*, iusti Sacerdotum Nob: nam illi erant fundamenta mundi: *diruuntur*, occiduntur per manus vestras: David, qui non peccauit, *quid fecit?* quasi dicat, quid commisit? ideo vos portabitis peccatum, non ego, inquit David.

4 *Dominus in Palatio suo sancto, in caelis: & quamuis in coelis solium eius, tamen oculi eius vident, quod vos facitis in terra: עפעפי* est pupilla oculi: (c) *explorant filios hominis, & rependit vnicuique secundum opera ipsius. Dominus explorat iustum: etsi, quia ego plector & persecutionem patior, ita mos est Dei T. O. M. vt castiget & tentet iustos. At amantem violentiam odit anima eius, corripere, quia non acceptat correptiones: ideo asseruat ei retributionem iniquitatum eius in*

6 *seculum longum. Et tunc depluet super eum in gehenna prunas, ignem: פחים* notat פחים (d) & *ventum procellarum, significat*

(c) Ita quoque verit *Iekuthiel: Seine Schwarz-Appfelen. Athiana* habet: *Seine Aug-brauen.* At rectius *Targum: תמורי* i. e. *palpebrae eius: iis enim etymon magis conuenit: qua in re ceterae versiones pleraque omnes consentiunt.*

(d) Dubium id est. Nam פחים quoad formam videtur esse pluralis a singulari פח, quod laqueum &

gnificat terrorem, & tremorem: *portio-*
 7 *nem calicis eorum*, partem eorum: Sed tu,
 Domine, portio partis meae, & calix
 meus. *Nam iustus est Dominus*, ideo *i-*
ustitiam amat, & miserebitur iusti, quia *fa-*
cies eius respiciunt rectum.

Psalmus XII.

1 **P**Recentori *super octava*, super cithara
 octo chordarum; cuius nomen octa-
 ua. Et Psalmum hunc dixit per
 Spiritum Sanctum de futuro, quum inua-
 2 luerint improbi contra miseros. *Serua,*
Domine, nam desit: גמר idem quod כלה:
sanctus, protegere generationem: ideo
 opus est vt serues nos tu nomine isto mi-
 serationum: (e) *Quoniam defecerunt*, excisi
 sunt,

& laminam significat. Vnde *Vulg. Angl. Gall.*
Belge, Schmidius, &c. vertunt, laqueos. Alii au-
 tem cum *Aben-Esra*, qui *Num. XVII, 3.* conferr
 iubet, lapides ardentes, qui cum pluuia descen-
 dunt, & speciem laminarum referunt, hic indica-
 ri putant, quod quidem verisimilius videtur.

(e) Respicitur ad nomen praecedens: יהוה: quod
 ens per se existens denotare, quod semper exti-
 terit, semper in praesenti existat, semperque existi-
 turum sit, cum origo eius docet & forma, quae
 omnia

sunt, *veraces e filiis hominum* : suntque duæ proprietates, super quibus consistit mundus : quæ sunt misericordia & veritas : ideo opus est nobis nomine miserationum. *Vanum loquuntur*, dicunt ore suo, quod non est in corde ipsorum : hoc est *vanum*. *Labio blando*, quia blandiuntur ore suo Sauli, & indicant ei loca, vbi ego me abscondo : *Corde & corde loquuntur* : duplici corde : ostendunt ipsi verbis suis cor ad bonum, sed cor eorum ad malum. *Excindet* : more prophetiæ aut orationis : *Linguam loquentem magnifica* : excelsa. *Lingua nostra* : propter linguam nostram. *A vastatione pauperum* : illi ego & Nob, vrbs sacerdotum : & propter *gemitum miserorum*, dicit *Dominus nunc*, de

E 2 salute

omnia tempora in se complectitur, tum ipsi Iudæi asserunt. Vid. b. Danzii *Pref. ad Paradigmata*. In ea tamen Iudæi a priscis iam inde temporibus hærent hæresi, illud nomen miserationes Dei connotare : cuius rei testimonia in *Sobar & Bereschith Rabba*, antiquissimis Iudæorum libris, extant. *Sobaris* verba exhibet atque illustrat cl. *Lutkens Diss. poster. de Zohare*, C. I. p. 3. fs. Ex altero autem libro, quod huc pertinet, dictum repetit *R. Martini Pug. Fid. P. III. Diss. II. C. V. p. m. 571*. Sed cum hæc significatio nec etymologiæ, nec vsui Scripturæ, conueniat, nulla apparet ratio, cur eam amplectamur.

salute miserorum. *Illaqueat eum* : (f) ex quo ponunt ei laqueos , ad capiendum
 7 eos, ponam ei salutem : *Verba Domini verba pura* : quod dicit Dominus , præstabit : At non ita homo , qui moritur , nec in manu eius est , vt præstet : sed ecce ipse promisit mihi salutem & regnum. *Argentum exploratum* , sine scoriis : בעליל לרארץ significat resectum Lingua Mischnæ : sed Targum Jonathanis exponit sensu dominii , (g) quasi dicat , dominum terræ. *Argentum perpurgatum septies* , quod est exploratum & purgatum , ita sunt
 8 verba Domini. *Tu, Domine, conserua eos, miseros* : *tuere eum* , numero singulari , de vnoquoque misero : *a generatione istorum* ,
 9 ו ן idem ac אלה , iique sunt impii : *Circumquaque improbi obambulant* , vt occultent laqueos,

(f) Vel potius, vt *Psalmo X, 5.* quem ille, sc. impius, exufflat, ei ponam salutem.

(g) *Targ.* habet בעליל על ארעה quod male sensu dominii accipitur, cum prima vox sit Chald. ארעה ab Hebr. ארעה catinus cum ב prefixo. Sic בעליל itidem non videtur esse a בעל Dominus, vltima radicali geminata, quod *Aben-Esra, Kimchi, & alii* existimant : est enim forma insueta, nec alibi vsquam id nomen DEO tribuitur. Simplicius dicitur nomen esse בעליל & significare catinum, quod a radice Arabica بعلى, per Gain, immisit, indidit rem rei, deducere possis.

queos, quo me ad lapsum impellant: *quum extollitur, quum tu extollis, vile inter filios hominis, virum vilem inter filios hominis, dum acceptus sum a grege in regem: (h) זבית significat קבון vilitatem: vt cum dicitur: preciosum a vili: (Jer. XV, 19.) item: Quicumque eam honorabant, despectui habent. (Thren. I, 8.)*

Psalms XIII.

- I** **P** *Recentori, Psalmus Davidis. Psalmum hunc dixit Dauid de exilio. Quousque, Domine, obliuisceris mei? Nam si non fuerit seruatus ab inimicis suis, simile erit in oculis filiorum hominis, ac si Deus oblitus sit ipse: Abscondes faciem tuam? quasi nescius, quid contigerit ipsi: Quousque ponam consilia in animo meo? cogar adhibere consilia, vt liberer ex angustia: moerorem in corde meo interdum? etiam de die, quo homo occupatus est negotiis suis, & obliuiscitur moerorem suum, ego non sic:*
- 2** *nam multiplicati sunt gemitus mei. Quousque extollet se hostis meus supra me, quod ipsi*
- E 3 domi.

(h) Alii homines reuera viles & scelestos intelligunt, qui ad dignitates euehuntur: quo facto alii impii libere obambulent, & palam ac impune grafsentur.

dominentur in me? & dicitur in Psalmo hoc quatuor vicibus, *quousque*, respectu
 3 quatuor regnorum. (i) *Respice*, ratione
 eius quod dixerat: Abscondisti faciem
 tuam a me. *Illustra oculos meos*: nam ego
 sum in tenebris, in sopore exilii: *Ne dormiam mortem*: nam mors dicitur somnus,
 vt ait Scriptura: Et dormient somnum
 4 perpetuum. (Jerem. LI, 39.) *Præualui*
 ei, valui magis præ illo, & non surget
 5 sub me amplius. Sed quod ad me, non
 est mihi in quo confidam, nisi in miseri-
 cordia tua, & propter fiduciam hanc
*exultabit cor meum: cantabo Domino, quod be-
 nefecerit mihi, & non obdormiuerim mor-
 tis somno.*

Psalms XIV.

1 **P** *Racentori Davidis.* Psalmum hunc di-
 xit Dauid de exilio. (k) *Dixit stultus,*
 rex nationum, sub quo sunt Israeli-
 tæ, & vocatur nomen eius Nabal: *Non*
est

(i) Demonstrant antea Iudæi, de exiliis ipsorum
 Dauidem hoc Psalmo agere; tum de hoc quoque
 dispiciemus.

(k) Falsum. Quin de vniuersa generis humani cor-
 ruptione agit hic Psalmus, quod ex v. 2. & 3. li-
 quet, & Apostolus ad *Rom.* III, 9-19. confirmat.

pro, expauescent: *ibi*, in loco magnitudinis & elationis suæ, in conuiuio Belsazaris, expauescent filii Nebucadnezaris: (m) nam tum cognoscent, *Deum esse in generatione iusta*, auxilio generationi iustæ.

6 *Consilium miseri*, hi sunt Israelitæ, *pudescitis, quod Dominus est refugium illius*: quia sperat in Domino, dicunt gentes: Vbi nam sunt Dii vestri? furgant & opitulentur vobis. Sed *utinam* prope adsit, vt mittat Dominus e Zione, quæ est locus regni, salutem Israëlis, quæ futura est: & *tunc exultabit Iacob, & latabitur Israel.*

Psalms XV.

1 **P** *Salmus Dauidis.* Psalmum hunc dixit Dauid, ad docendum filios hominis, quid facere debeant, vt ascendat anima eorum post mortem ipsorum in locum gloriæ in fasciculum viuentium. *Domine, quis commorabitur in tabernaculo tuo?* hoc est cœlum, quod est expansum ceu tentorium: *monte sanctitatis tuæ*: hic est

2 mons Moriia. *Incedens integer, & negotiis*

(m) Glossa precaria. Melius *Aben-Esra*: *Ibi*, in loco, quo deuorauerint populum meum, contremiscent in angustia, quæ superueniet ipsis.

- tiis & verbis suis : & *exercens iustitiam*, cum
fociis suis : & *loquens veritatem corde suo*,
quemadmodum loquitur ore suo, ita vt
fit in corde eius : sicut verbum eius veri-
tas, ita vt sint cogitationes cordis eius ve-
ritas. *Non obtrechat lingua sua*, vti dicitur :
3 Et obtrechtauit seruo tuo : (2. Sam. XIX,
27.) ad reuelandum occulta more ex-
ploratorum : etiamsi verum sit : quan-
to minus cetera facies, quæ lingua (sc.
fiunt) ? *Non facit proximo suo malum*. Idem
iustum est ei, qui non est proximus eius :
sed sermo Scripturæ est de eo quod fieri
solet, quia commercium eius est cum
proximo & propinquo ipsius. *Et oppro-
brium non effert contra propinquum suum* : non
facit quicquam, quo pudefiant propin-
4 qui eius. *Contemptus, in oculis suis spretus* : et-
iamsi sit integer, non effert se ea re, sed
cogitat in corde suo, se non facere vnum
ex millenis eius, quod tenetur facere co-
ram creatore : Sed Raschi explicat :
נבוה, qui contemptus est propter impro-
bitatem suam, in oculis eius spretus est :
sicut Hiskia, (n) qui extraxit ossa Patris
E 5 sui

(n) Ita quidem *Talmud Cod. Maccoth* f. 24. col. v.
ab init. verba illa Psalmi nostri illustrat, quem lo-
cum

fui per contemptum. *Sed timentes Dominum honorat* : plus quam seipsum. *Iurat ad affligendum* seipsum abſtinentia & ieiunio ; & ad erogandum de opibus ſuis ad eleemoſynam. *Et non reuocat*, non mutat : quanto minus quum iurauit de benefaciendo ? Et quare ait, *iurat* ? ne moleſtiam ei faceſſat concupiſcentia mala quo
 5 minus exſequatur. *Pecuniam ſuam non dat* *fœnori* : non ſolum non furatur nec rapit a ſocio ſuo , ſed etiam , quod dat ei ſponte tanquam fœnus , non accipit ab eo : fœnus autem eſt uſura , uti dicunt Talmudiſtæ : Uſura vocatur fœnus וְשֵׁנָה, quia mordet , eo quod reddit plus eo quod accepit. *Et munus ſuper innocente* : ſuper eo qui eſt innocens, ut eum inſontem pronuntiet , non accipit munus ; quanto minus accipit munus, ut peruertat iudicium ? *Faciens hæc non mouebitur in*
æter-

cum etiam R. Martini Pug. Fid. P. III. Diſt. III. C. XII. §. IV. p. m. 805. exhibet. Verum exigua apparet ratio, cur per וְשֵׁנָה improbus intelligendus ſit. Ego ita interpretari malim : *Contemptus* (quando pius, de quo hic ſermo eſt, contemnitur ab aliis) *in oculis ſuis ſp̄retus eſt* : (ſeipſum iam ſpernere didicit, neque adeo ægre fert, ſi ab aliis deſpicatui habeatur :) *at ipſe Domini reuerentes honorat.*

æternum : Si motus fuerit , non erit in æternum ; sed commouetur atque exsurgit.

Psalms XVI.

- 1 **C** *Imelium aureum Davidis* : Psalmus insignis : vt: (Cant. V, 11.) aurum insigne solidum. At Raschi exponit de instrumento musico , quod vocatur מכתם. *Custodi me, Deus.* Et ratio תו שמרני , quia speravi in te. *Dixisti Domino* : Synagogæ vel Ecclesiæ Israëliticæ (o) dicit David: Tuum est dicere *Domino* : *Dominus es tu* ; & manus tua super quam excelsa est in omnem venientem contra me.

(o) Ita Raschi, qui tamen aliam explicationem addit, quod David animam suam alloquatur, quo modo etiam Targum, Abenesra, Kimchi, & alii interpretantur. Nec tamen David, sed Messias potius, animam suam hic compellat, & hoc Psalmo sermonem facit. Idque in primis ex v. 10. elucet, ubi negat se visurum corruptionem, quod in Davidem non quadrare demonstrarunt Apostoli, Petrus, Act. 11, 25. fs. & Paulus, XIII, 35. fs. Atque sic explicandus est Psalmus in ceteris, vt huic subiecto omnia conueniant. Vt cum sequitur: טובי עלי כל: Bonum meum s. beneficium, quod ex me est, non propter vel pro te est, o Deus, sed pro sanctis, &c.

- me. *Bonum meum non est super te* : Bona quæ tu facis mihi, non incumbunt tibi: nam ego non sufficio (dignus sum); sed
- 3 gratia est abs te : Et bona conueniunt *sanctis qui sunt in terra* : Et necesse est dicere, in terra : nam angeli sunt sancti : vt : (Zach. XIV, 5.) Et omnes sancti populi tui : ideo opus est dicere, qui in terra. *Et magnificis, in quibus est omnis oblectatio mea*, voluntas mea, vt sim sicut illi,
- 4 illis da bonum. *Multiplicabuntur dolores eorum qui ad alium festinant* : apostatarum & eorum qui festinant & trepide accurrunt ad colendum Deum alienum. *Non libabo libamina eorum e sanguine* : non ero sicut illi ad spargendum sanguinem idolis : *nec assumam nomen idoli super labia mea.*
- 5 *Dominus portio calicis mei* : omne bonum meum est ab ipso : *Et calix meus est pars mea & æstimatio mea* : vt (Exodi XII, 4.) computabitis ad paruam pecudem. Et Rab Alschech exponit : *Calix meus*, est ex eo quod dicunt sapientes p. m. In futurum faciet Deus T. O. M. conuiuium iustis, & committet Dauidi vt benedicat: vti dicit : Calicem salutem accipiam. (Ps. CXVI, 13.) (p) Et conuiuium est
spiri-

(p) Id quidem ex neutro loco hariolatus fueris, nisi
Tal-

- spirituale. *Tu sustentas sortem meam* : quia cecidit in me fors inter omnes Patres, vt benedicam. *Funes ceciderunt mihi in amoenis* : nam Patriarchæ, & Mose, & Josua, fuerunt amoeni & iusti, & inter omnes illos cecidit fors super me. Et Raschi exponit : *Tu sustentas sortem meam* : tu quietere fecisti manum meam super parte bona : quia dicitur : (Deut. XXX, 19.) Vitam & mortem proposui tibi, vt eligeres vitam. Et sensus vocis תומך idem qui Genes. XLVIII, 17. : Et sustentauit manum Patris sui. Et quare vocantur partes funes ? quia partiuntur agros funibus. *Hæreditas pulchra est mihi* : hæreditas talis pulchra est mihi. *Benedicam Domino, qui consuluit mihi*, vt irem in viis ipsius & eligerem vitam. *Et iam noctu erudiunt me renes mei* : noctu, quum solitarius sum a negotiis mundi, erudiunt me renes mei, vt eligam vias Domini. *Posui Dominum coram me iugiter* : in omni opere posui timorem eius coram me : nam a dextra mea semper est, ad iuuandum me : non dimouebor, pro, ne dimouear. Ideoque gaudet cor meum : hoc est intellectus scientiæ : & exultabit gloria

Talmud hoc doceret, Tr. Pesachim f. 119. col. 2. ex quo locum exhibet Eijenmengerus Entd. Iud. P. II. p. 884.

Io gloria mea : hæc est anima. *Etiam caro mea habitabit secure*, id est corpus : quia ego confido : *te non derelicturum animam meam inferno* : nam ecce de transgressione magna lætum mihi nuntium annunciari iussisti : Etiam Dominus transtulit peccatum tuum : (2. Sam. XII, 13.) quanto minus nunc derelinques me ? *Non fines sanctum tuum videre foueam* : secundum dictum sapientum p. m. Justum in discessu eius e mundo traducunt via gehennæ : estque verendum , ne excitetur attributum iudicii : ideo dicit : *Non fines me ne quidem*

II videre foueam. (q) *Notam facies mihi semitam vite* : notam fac mihi viam , in qua dignus habear vita seculi futuri qua merear fieri sicut Angeli. *Satietas gaudiorum cum facie tua* , voluptatem capiendo ex splendore maiestatis diuinæ. *Amena ad dextram tuam* : vt qui dat dono amico suo dextra : *in æternum*, vt non cesset in æternum.

Pfal-

(q) Frigidissima glossa , non alii fundamento nisi fabulæ innixa , cui tamen ex ipsis Iudæis sunt qui contradicunt. Vid. Eisenmeng. Entd. Iud. P. II. p. 337. Quare tantum abest , vt sententia nostra , qua hunc Psalmum Christo vindicamus , inepta illa labefacteretur interpretatione , vt vel hinc clare pateat , quam coacte Psalmus iste Dauidi applicetur.

Psalmus XVII.

- 1 **O** *Ratio Davidis* : In Psalmo hoc conuertit supplicationem suam in condonationem iniquitatis cum Bathseba commissæ. (r) *Audi, Domine, iustitiam* : nam *audi* est e longinquo : sicut ait Esaias : Audite cœli ! (Ies. I, 2.) *Attende querimonia mea* : & postquam accessero paululum, tunc attende e propinquo querimoniæ meæ : tum accedam magis : & tunc *auribus percipe orationem meam* : id quod dicitur de coniunctione. Et vox רנתו idem significat ac צעקתי clamorem meum : Et vbicunque occurrit רנתו idem est ac clamor. Et est vbi fit ad cantum & gaudium ; & est vbi fit ad prædicationem, & est vbi fit ad orationem ; & est vbi fit ad fletum & gemitum : omnia secundum materiam. *Sine labiis fallacibus* : quam effundam querimoniam & orationem, est ex toto animo. *A facie tua ius meum egrediatur* : Nam Rex non iudicat, nec iudicant eum : *Spectent oculi tui æquitatem* : opera bona & recta quæ feci ; & non
- 2

(r) Vnde, quæso, hoc probabitur ? Ipsum sane initium Psalmi repugnat, vbi David ad iustitiam causæ suæ prouocat.

- 3 non hanc iniquitatem. *Probasti cor meum, visitaſti illud nocte*: quia dicitur: Et fuit tempus vespere. (s) (2. Sam. XI, 2.) *Exploraſti me, tentando: non inueniſti: non reperisti me in fontem.* (t) *Cogitavi, ne transgredetur os meum: vtinam non transgressum esset os meum, nec dixissem illud verbum, quod cogitavi dicendo: Proba &*
- 4 *tenta me.* (u) (Pf. XXVI, 2.) *Quod ad hominum facta attinet: omnia quæ præcepisti, ego intelligo, esse omnia facienda hominibus, & cohibere ab iis transgressiones; ideoque caui mihi ab illo tempore & ultra, ne incederem semitis effraCTORIS: Qui destruit & diruit sepem, dicitur*

יִרְפֵּ

(s) At hic, nocte, ait, non vespere. *Abenesra* hanc rationem reddit, cur dicat, noctu, quia tum agebat solus vel separatus a filiis hominum.

(t) Quia *Dauid* iustitiam causæ suæ hic *DEO* commendat, rectius hoc ita explicatur, quod *Deus* non aliam eam inuenerit a se exploratam.

(u) *Talmudi* hæc glossa, vt aliæ plurimæ, originem debet, vnde descriptum videtis locum huc pertinentem in cel. *Meuschenii Nouo Test. ex Talmude illustrato*, p. 69. f. *Simplicius & planius Michlal Iophi*: *Cogitatio mea non transgredietur os meum; sed vt os meum, ita cogitatio mea erit: nam non sum alius ore, & alius corde.* *Simplicitissime b. Lutherus*: *Ich habe mir fürgestellt, daß mein mund nicht soll übertreten.*

- פרי effractor : & sic occurrit Coh. X, 8. :
 Qui sepe diffringit, eum mordebit an-
 guis. *Sustine gressus meos, gradus meos,*
aut vias meas, in orbitis tuis, in calle tuo:
- 6 *Ne labefiant vestigia mea, pedes mei. Ego*
te inuoco, ideo quod persuasum mihi est,
te exauditorium me esse: Deus fortis: quia tu
es Deus fortis, & vales auxiliari mihi.
- 7 *Separa benignitates tuas: prior vox notat*
separationem, vt: (Exodi XXXIII, 16.)
Et separabimur ego & populus tuus: Quis
seruas recipientes se ad dextram tuam, ab insur-
gentibus contra ipsos: & Scriptura est in-
 uersa. (x) *Serua me tanquam nigrum pupillæ*
oculi: est nigrum, quod est in oculo, e
 quo lumen prodit: & vocatur אִישׁוֹן, quia
 apparet in eo imago viri, & propter par-
 uitatem suam dicitur אִישׁוֹן: aut vocatur
 אִישׁוֹן propter nigredinem suam, vt באִישׁוֹן
 לילה (Prou. VII, 9.) significat, in nigro-
 re noctis: Et Deus T. O. M. parauit illi
 custodem palpebras oculi, quæ obte-
 F gunt

(x) Nihil necesse est asserere, verba hic esse inuersa
 vel transposita. Ordo enim optime se habet, si
 ita veritas: *Separa benignitates tuas, qui seruas*
confisos (tibi:) ab iis, qui insurgunt in dexteram
tuam. Nec accentus illam transpositionem ad-
mittunt. In hunc sensum b. Lutherus rectissime
vertit,

- 9 gunt illud semper: ita custodias me. *Propter improbos*: u idem quod אשר qui: *va-*
stant me, deprædantur me: *Inimicos meos*
capitales, (qui) *cingunt me*, ad tollendam
 10 animam meam. *Adipem suum occludunt*:
 adipe suo ac pinguedine sua occlu-
 dunt cor suum & oculos suos, vt non re-
 spiciant ad opus tuum, vt te timeant.
 11 Et propterea *loquuntur superbe*. *Gressum no-*
strum: notat semitam & viam: *nunc cir-*
cumdant nobis, & expandunt rete pedi-
 bus nostris ad capiendum nos. Et ora-
 tio ista (facta est) post factum Vriæ,
 cum Ioab & Israël obsiderent Rabbam,
 & timeret Dauid, ne caderent ob pec-
 catum a se commissum, & audirent po-
 12 puli, & aggredierentur ipsos. *Simili-*
tudo eius tanquam leonis: Similitudo vnus-
 cuiusque ex circumdantibus. *Appetit*
rapere, desiderat rapere, vt, (Genes.
 XXXI, 30.) appetendo appetebas.
 13 *Surge Domine*, ad ostendendam virtu-
 tem: *Præuerte faciem eius*: præoccupa
 eum indignatione & excandescencia tua:
 & *prosterne eum*: trunca pedes eius, vt
 prosternatur & cadat: *Ab improbo*, qui
 14 est gladius tuus. *Ex illis qui moriuntur*
manu tua, Domine, ex illis qui moriun-
 tur super lecto suo, ego esse exopto:

(y)

(y) *Ex morientibus auo*, qui moriuntur senectute, postquam contraxerunt rugam: Et ex iustis, quorum portio est in vita, quorumque

F 2

(y) Lepida hæc est Raschii expositio, ad mentem Ionathanis efficta. Vbi autem Dauid se exoptare ait, vt sit ex eorum numero, quos hic describit? Quin potius ab iis vt eripiatur orat, nec in partem cum iis venire cupit, quam hac in vita sibi sumunt. Perperam quoque ממתים ידך vertitur: ex illis qui moriuntur manu tua: male pariter: ממתים מחרל ex morientibus auo, vel præ senectute: vt ex mente Raschii vertendum fuit. Nam vocabulum ממתים non descendit a rad. מות, quod analogiæ repugnat, sed est vel ab Aeth. Myt, vir, testibus duumviris I. Ludolfo, in Lex. Aeth. p. 480. Edit. Londin. & Hottingero Lex. Harm. p. 241. vel ab Arab. מטא, ט cum ת littera homogenea permutato, quod significat socium se iunxit, vt I. Simonis in Arc. Form. P. I. p. 383. tradit. Neque adeo ממתים morientes, sed viros, siue homines in eadem societate vel familia viuentes, significat. At difficilem tamen adhuc sensum reddunt voces ממתים ידך. Quæ cum per Makkeph copulatae sint, Abenesra quidem, Kimchi, Michlal Iophi, ידך per appositionem exponi iubent, ita: ab hominibus, manu tua, i. e. qui manus tua sunt: vt præcedenti versu: ab improbo, qui est gladius tuus: prouocantque eam in rem ad Exodi IX, 3. Sed quia durus videtur, homines a DEO auersos appellare manum Dei, cui alias spiritum suum commendat Dauid, rectius manus ipsa Dei intelligitur,

rumque recondito tuo repleas ventrem, quorum impleas viscera bono tuo quod abscondisti timentibus te: Satiantur filii, ut sati-entur filii eorum in vita ipsorum: Et relinquant residuum suum paruulis suis, post mortem suam: paruulis suis: hi sunt nepotes. Ego in iustitia videbo vultum tuum: non est mihi desiderium, nisi ut videam faciem tuam: Satiabor, quum mortui expergiscentur a somno suo, ad videndam imaginem tuam: nam ad imaginem Dei fecit hominem.

Psalms XVIII.

P*Recensori, serui Dei Davidis. Psalmum hunc dixit David sub finem dierum suorum, cum requiem ei dedisset Dominus*

*tur, qua suos ab improbis vindicat. Quod si ob-
stare putes Makkeph, illud quidem vocem af-
fectam ad continuam cum sequente pronuncia-
tionem copulat: verum quoad constructionem
& sensum, haud necessario cum immediate se-
quente, sed etiam cum mediate sequente, & re-
motiori, coniungere potest. Hic igitur מתיים ad
sequens מחלד respicere arbitror, locumque ita
verto: Ab hominibus (eripe me, quod ex præce-
denti versu repetendum, vel subintelligendum)
manu tua, Domine, ab hominibus (inquam) de
mundo, &c.*

Dominus ab omnibus inimicis eius. Quia ipse erat seruus Domini, ideo præcinebat & psallebat. Nam reliqui serui, etiamsi sit seruus Regis, nihilominus est seruus, cum non psallit. Sed Dauid quum esset seruus Domini, & Deus T. O. M. eripuisset eum ex omnibus, sicut herus eripit seruum suum; idcirco præcinebat & psallebat. *E manu omnium inimicorum ipsius, atque e manu Saulis: At nonne Saul*

in vniuersitate (inimicorum) erat? Sed quia ipsum magis persequebatur quam omnes: Cui consimile est illud: Terram

2 & Hierichuntem. (Jof. II, 1.) *Diligam te, amabo te: Sicut chaldaice translatum est: Et amabis proximum tuum: ותרם*

3 (Leuit. XIX, 18.) *Domine petra mea, figurate dictum instar hominis, qui stat in loco excelfo, & non timet ab eo quod inferius se est: Et propugnaculum meum, significat munimentum: & innuit turrim excelsam & validam: Rupes mea, ad quam me recipiam: quia rupes refugium sunt & clypeus ambulanti- bus in viis, ab inundatione & a pluuiâ, ideo ait petra mea vel rupes. Et cornu salutis mea: more Scripturæ, appellando robur cornu, uti dicit: Cornua monocerotis, cornua eius.*

4 (Deut. XXXIII. 17.) *Arx munita mea: ex-*
F 3 altans

- altans me. *Laudatum inuocabo Iehouam* :
 Laudibus inuocabo illum ac preces fun-
 dam coram ipſo iugiter , eo quod confi-
 do , me deſenſum iri ab inimicis meis.
- 5 *Circumcinxerant me* , circumdederant me ,
dolores mortis , ſicut dolores parturientis :
 (Hof. XIII , 13 .) ſuntque caſtra inimico-
 rum : *Et torrentes* : nam anguſtiæ ſunt ſi-
 miles torrenti inundanti : ſed Medraſch
 Ialkut interpretatur : Sicut examen a-
 pum : *hominis nequam* : dicitur de vnoquo-
 que eorum : *perterruerunt me* : Vox hebrai-
 ca innuit grauem conſternationem. *Dolo-
 res ſepulchri* : Chaldaice : turmæ impro-
 borum : ſicut illo loco : (1. Sam. X , 5 . &
 10 .) turma Prophetarum. At ego quid
- 7 feci ? *In ipſa anguſtia mea inuocabam Ieho-
 uam* : exaudiuit e palatio ſuo , cœlo : nam
 omnia eius decreta ſcribuntur & obſi-
 gnantur ibi , ideo vocatur palatium eius.
- 8 *Et concutiebatur* : vox hebraica innuit com-
 motionem & nutationem : *Fundamenta que
 montium* , oſores Dauidis , (z) qui erant
- 9 validi ſicut montes , *commouebantur & con-
 cutiebantur*. *Aſcendit fumus per naſum eius* :
 Sic ſolet omnis ardor iræ , vt aſcendere
- 10 faciat fumum ex naribus ſuis. *Et proclina-
 uit*

(z) Quidni proprie hæc intelligas ?

uit caelum, ut descenderet decretum super inimicos e caelo. *Et insidebat* : omnia e tendunt, quod descenderit decretum celeriter : *Et volabat* : vt : quemadmodum volat aquila. (Deut. XXVIII, 49.) Et omnia tempora in cantico hoc omnia sunt transitiua : & causa vera in eo est, quod Dauid erat Rex ille vnctus : & de tempore eius vulgariter loquimur forma praeteriti : at scriptum est forma futuri, eo quod futurum est tempore Messiae nostri.

12 (a) *Disposuit tenebras* : innuit angustias : *latibulum suum circa se* : tenebras aquarum : nam obtenebratur terra aquis, quae im-

13 *plent nubes aethereas*. *A splendore praesentiae eius* : Ex aduerso tenebrarum erat lux amantibus eum ; sed super inimicos eius

14 *nubes eius densae transferunt, grando, & pruna ignea*. *Et intonuit in caelis*, vt iniiceret molliem & metum cordi inimicorum son-

15 *tonitru* : & interpretari licet de grandine, quae fuit in Aegypto. *Et fulgura ia-*

16 *culatus fudit illos*, in mari. *Conspiciti etiam fuerunt imi aluei aquarum*, quum fissum fuit mare. *Et patefacta sunt fundamenta mundi* : omnes enim aquae, quae erant in mundo,

F 4

do,

(a) Admitti hoc potest, licet ratio hic adducta sit lubrica, si de Jesu nostro, ceu vero Messia, id accipias.

- 17 do, diffindebantur: *A spiritu*, a flatu.
Misit ex edito, angelos suos, ad eripien-
 dum Israëlem: *Extractit me*: Vox hebrai-
 ca innuit educationem, vt: Ex aquis ex-
 traxi eum. (Exod. II, 10.) Quare cui sunt
 18 vires, vt faciat omnia hæc, *liberabit me ab*
 19 *hoste meo valido. Occurrebant mihi*, inimici
 20 mei, festinantes vt venirent in diem cala-
 mitatis meæ: *Sed Jehoua fuit pro scipione mihi.*
Tribuit mihi Jehoua secundum iustitiam meam,
 quod nolui attingere vñctum Domini:
 21 *secundum puritatem manuum mearum*: innuit
 munditiem, vt illud: purus animo. (Pf.
 22 XXIV, 4.) *Nam obseruauit vias Domini*, vt
 feruarem præcepta affirmatiua: *neque im-*
probe auerti me a Deo meo, transgrediendo
 23 præcepta negatiua. *Nam omnia iudicia eius*
in conspectu meo sunt semper, ut non respi-
 24 ciam ad res alias. *Cum benigno benignum te*
exhibes: Nam ita est mos eius, reddere
 25 mensuram pro mensura. *Cum puro*, fideli.
 26 Commemorat tria verba: *Benignus*, *inte-*
ger, *purus*, respectu trium Patriarcharum.
 27 (b) *Distorques te*, agis cum ipso secundum
 viam

(b) Mira ratio & allusio! Sed cur in trina illa repeti-
 tione vocis יהוה (Num. VI, 24. 25. 26.) & קדוש
 (Ies. VI, 3.) triplicem eiusmodi respectum ad tres
 פנים s. personas, in vna essentia diuina, locum ha-
 bere nolunt?

viam eius tortuosam : Rabbi autem Jacob Lombroso interpretatur ex significatione filii quod est contortum & duplicatum. *Quin tu illustras lucernam meam* : cum pugnauit nocte contra turmam Amalekitarum Ziklage : Dicitur enim : Et percussit eos Dauid a crepusculo vsque ad vesperam posteri diei. (1. Sam. XXX, 30 17.) *Transcurram turmam*, turmam hostium meorum, & persequar eos, nec ab iis timebo : & *transiliam murum*, moenia urbium hostium meorum, vt eas expugnem. *Verbum Jehova est exploratum*, purgatum, promittit & facit. *Qui accingit me* : Vox Hebraica innuit accinctionem : *robore*, viribus : & *reddit integram viam meam*, ne desideretur ex viris meis vnus in bello. *Disponit pedes meos sicut ceruarum* : pedes femellarum stant in rectitudine magis quam pedes marium : & *in excelsis meis*, in loco quo confugi, *statuit me*, securum. ונחתה significat, & contractus est : *Arcus æneus brachijs meis*, utroque brachiorum : sed Raschi explicat de tensione arcus. Arcus ænei erant suspensi in domo Dauidis, (c) quos cum viderent

F 5

reges

(c) Fabulam narrare occipit. Conuenientius tamen est,

reges populorum, dicebant, alter ad alterum: Putasne esse robur in manu Davidis ad eos tendendos? Non est hoc, nisi ad nos

est, de tensione arcus explicare, quam de confractioe. Rectius enim a נחה quam a נתח vox Hebr. deriuatur, id quod analogia suadet. Equidem נחה ex vsu chald. proprie significare putatur descendere, & porro demittere, deprimere. Tum autem arcus ex vtraque parte demittitur vel deprimatur, cum tenditur. Quare alterum huius versus hemistichium interpretantur, vel per Niphal, hoc modo: Ut deprimatur h. e. validissime attrahatur & incuruetur arcus æneus brachiis meis: vel per Piel ita: Et validissime incuruet arcum æneum vtrumque brachiorum meorum. Sed cum 2. Sam. XXII, 35. vt loco parallelo pro נתח hic posito occurrat masculinum נחה, quod neque cum קשת נחושה neque cum זרועת conuenit, malim cum b. Luthero vtrumque pro Infinitiuo Piel habere, illud pro nudo, hoc pro paragogico. Namque haud esse insolentem illam Infinitiu formam, inter alia videre est 2. Sam. XII, 14. ad quem locum Michlal Iophi ait: *Infinitiuus forma preteriti*: allegatque exemplum simile *Leuit. XIV, 43*. Hinc sine vlla detorsione illa b. Lutheri versio emergit: Docet manus meas bellum gerere, & tendere arcum æneum brachia mea sc. docet. Ceterum aliam interpretationem modeste proponam. Scilicet ex collatis illis locis, in quibus verbum נחה legitur, atque ex analogia Arab. Linguae, in qua secundum *Golium*, luctando prostrauit

- nos terrefaciendos. Quod cum ille au-
- 35 diffet, intendit eos. *Et mansuetudo tua in principem me euehit*: ita vertas, collato illo loco: vnicuique principi domus suæ.
- 36 (Esther I, 8.) *Dilatas gressum meum*: qui dilatat gressus suos, non facile cadit: sicut dicitur: Quum ambulabis, non arctus erit gressus tuus: (Proverb. IV, 12.)
- 37 *Ne vacillent, ne labent, malleoli mei, crura*: iuxta Targum, quod: cui non sunt crura: (Leuit. XI, 21.) reddit: קרסולין.
- 38 *Vt persequar inimicos meos, eosque assequar.*
- 40 *Et accingis me robore, das robur membris corporis mei, vt feram vim belli: proster-*
nis: vox hebraica innuit incuruationem
- 41 & humiliationem. *Et inimicos meos exponis mihi ceruice*: quasi dicat: exponis mihi ceruicem inimicorum meorum: vt alias loquitur Scriptura: manus tua in ceruice
- 42 hostium tuorum. (Genes. XLIX, 8.) *Clamant ad Iehouam*: 'עלה pro 'אלה: vt: Et
- 43 preces fudit Hanna 'עלה (1. Sam. I, 10.)
Et contundam eos minutim: quemadmodum illo

uit hostem, significat, haud ita temere colligas, illud esse verbum militiae vel armorum: omniumque maxime conuenire ei videtur sensus armandi vel instruendi. Itaque 2. Sam. XXII. sic expono: Armatus vel instruit sc. Deus arcu aeneo brachia mea: nostro autem Psalmo ita: Armatus vel instruit arcus aeneus brachia mea.

- illo loco: Et contundes ex eo minutim:
 (Exod. XXX, 36.) & שחיקה plus est
 quam הריכה. *Euacuabo eos vt lutum com-*
 44 *minutum: vt: illis euacuantibus faccos*
suos. (Gen. XLII, 35.) Liberas me a con-
tentationibus populi, ne plectar in iudicio
Israëlis, peruertendo ius eius, neque ser-
 45 *uicium imponendo Israëlitis plus æquo.*
Efficis me caput gentium: hæ sunt natio-
nes. Ad auditionem auris obediunt mihi, con-
gregant se: sicut dicitur: Et conuocauit
Saul. (1. Sam. XV, 4.) Alienigena mentiun-
 46 *tur mihi, mentiuntur suis foederatis pro-*
pter me. Decident: vt: omnino decides:
(Exodi XVIII, 18.) horrescent, contremi-
scant: Illud: e conclauibus terroris:
(Deut. XXXII, 25.) Targum reddit:
 47 *חרגת מותר: e claustris suis, ex arcibus suis*
editis, quibus includunt se metu. Viuit
Iehoua, & benedicta rupes mea: & in perpe-
 48 *tuum exaltetur Deus salutis mea: ideo non*
expauescam. Deus fortis prestat ultiones
mihi: dat mihi vires, vt vlciscar hostes
 49 *meos. ויגבר idem quod ויגבר: & adducit po-*
pulos subter me. Liberans me ab inimicis meis:
Saule & viris eius: etiam supra insurgentes
in me, qui sunt populi terrarum, exaltas
me: a viro violento, a Rege Saule, qui vim
mihi fecit, cum me persequeretur, eripui-
sti

50 *sti me: Idcirco celebrabo te, &c. & nomini tuo*
 51 *psallam. Nam ille magnificam praestat salu-*
tem omnimodam Regi suo: loquitur de seipso,
& sic faciet Jehoua semini eius usque in se-
culum.

Psalms XIX.

- 1 **P**Recentori Psalmus Davidis. Psalmus hic
 est valde insignis ad enarranda mira-
 2 bilia Domini. *Cæli enarrant gloriam*
Dei fortis. Simile a rege, cui sunt vrbes
 multæ; sed non possunt enarrare gloriam
 eius & famam, quia sunt remotæ ab ipso:
 tantum ciues vrbis, in qua commoratur,
 possunt referre honorem & laudem
 eius: nam sciunt, quæ sit gloria eius.
 Ita ait David: Terra & incolæ eius
 non possunt enarrare gloriam eius, sed
 tantum cœli & expansum. Cœli sunt
 mundus angelorum, & expansum est
 mundus sphærarum. Et R. David Kim-
 chi exponit: Ex virtute cœlorum enar-
 rant filii hominis gloriam Dei fortis:
 quum vident magna & mirabilia, quæ
 sunt in cœlis, & in expanso, tum
 3 enarrant gloriam eius. *Dies ad diem eru-*
ctat, loquitur: vt: eructabunt ore suo.
 (Ps. LIX, 8.) Et si mundus staret millies
 mille-

millenos annos, non foret mensura dispositionis eius: ideo quod noui accidit hoc die, notum facit die sequenti alter alteri. Quod vero dixit Salomo: Non est quicquam noui: (Ecclesiast. I, 9.) de vniuerso locutus est. *Et nox nocti ostendit scientiam*: vox hebraica *חור* significat indicare. *Non est sermo neque verba*, vt verba hominum, (d) sed opus quod faciunt, est loquela & narratio. *In totam terram prodiit regula ipsorum*, structura eorum: & quia ædificatio fit extensione regulæ, ideo dicit: *regula eorum*: (e) & in
extre-

(d) Examinauit atque explosit hanc interpretationem vna cum aliis *Vitringa Obsf. SS. L. III. C. XXIV. p. m. 791.* in eiusque locum hanc substituit: *Non est dictum, & non sunt sermones, quorum non auditur vox: Immo vero, &c.* quam versionem tum rationibus, tum veterum interpretum consensu, firmavit.

(e) At quomodo regula iis, quæ antecedunt & sequuntur, conuenit, & quod plus est, allegationi Apostoli *Rom. X, 18.* qui *LXX.* sequutus vocem *ἡ* per *φῶς* expressit? Sed pulchre *Pocockius Not. Miscell. in Port. Mos. C. IV. p. m. 47. ff.* ostendit, *ἡ* ex Arab. Lingua etiam sonum, cumque vehementem, notare. Coniungunt tamen etiam Latini vocem regulæ cum loquela, quanquam metaphorica significatione, cum dicunt: loqui ad regulam. Et ipsa regula vel norma, a Fabris lignariis

extremitatem orbis habitabilis sermones eorum,
 verba eorum: omnes enim loquuntur de
 mirabilibus, quæ vident. *Soli disposuit*
tentorium. Hinc est, (quod dicunt) solem
 inditum esse in thecam: in libro Tanchu-
 6 ma. *Et est tanquam sponsus prodiens e thal-*
amo suo, omni mane: e thalamo suo, est lo-
cus, in quo obtegitur sponsa: ex sensu il-
lius loci: protegens eum. (Deuteronom.
 XXXIII, 12.) *Et assimilat illum sponso,*
 quia omnes lætantur de eo sicut de spon-
 so: *latatur tanquam robustus decursurus viam:*
 Ut vir fortis, qui gaudet proficiscens in
 bellum, ita sol lætatur, quum egreditur.

- 7 *Ab extremitate cælorum exortus eius, ab orien-*
te, & reuolutio eius, circuitus eius, iuxta
 illud: quum circumeigissent dies conui-
 uii: (Hiob I, 5.) *ad extremitates eorum, ad*
 omnes fines cælorum. Et R. Jacob
 Lombroso interpretatur *by* per *ry*: vt ali-
 bi occurrit: Ad vada. (Iosue II, 7.)
 Nam circuit plagas, vsque dum reuer-
 8 tatur in locum ortus sui. *A calore eius:*
 nam penetrat etiam intima conclauiam.

Doctrina

gnariis super lignum extensa, dum remittitur, so-
 num edit, vt scite obseruat *Sim. de Muis. Conf.*
*b. Rambach. Hermen. S. L. III. C. VIII. §. IX. not.**
p. m. 644. fs. & Colleg. Hermen. P. II. p. 309.

Doctrina Iehoua integra est. Quia dixit, de sole omnes lætari, quia omnibus creaturis prodest, ait, legem magis perfectam esse: Nam sunt res quas sol lædit, sed lex prodest in omnibus rebus. *Recreat animam:* nam sol, quum sedet homo in æstu eius, infert morbum letalem; sed lex restituit animam corpori. *Testimonium Iehoua verax:* nam lex est testimonium inter Israëlitas & Deum, quod susceperint illum Deum, & ipse receperit eos populum peculiarem. *Sapientem reddit imperitum:* nam sol intrat sæpe in medullam hominis, vt mente moueatur; sed lex sapientiam affert imperito. *Mandata Iehoua,* sunt præcepta intellectus: nam intellectus infert, Deum demandasse illa & indidisse cordi hominis: *Exhilarant animum* sapientis, nam lætatur de intellectu suo. *Præceptum Iehoua illustrat oculos:* solem enim quod attinet, quum intuetur illum homo, hebescent illius oculi, sed **10** lex illuminat oculos. *Reuerentia Iehoua munda:* nam solem sæpe obtegunt nubes; sed lex est pura & munda, non operit eam quicquam: *consistit in perpetuum,* nam sol nonnisi die perstat, sed lex persistit **11** in perpetuum interdiu & noctu. *Iusta sunt pariter:* non contradicunt alia aliis. De-

Desiderabiliora auro obryzoque : hoc est aurum bonum & purum. 27 autem est magnum æstimatione & numero : enim uero aurum non prodest nisi in vita ; sed sapientia prodest in vita & in morte. *Dulciora melle* : nam mel, quum comedit homo de eo multum, nocet ei, & euomit illud, nec est nisi ad horam : sed legi quicquid addit, prodest, idque in perpetuum. *Et destillatione* : vox hebræa notat stillam : ex illo loco : fauum stillant. (Prou. V, 3.) *Fauorum* : sunt placente mellitæ. *Etiã seruus tuus* : quia dixerat : Desiderabilia sunt prudentibus ; ait : Etsi ego non sum ex sapientibus ; fui commonefactus illis : nam scio *in horum obseruatione emolumentum esse magnum* : mercedem magnam accipere illum, qui obseruat : & ecce profunt in seculo hoc & in seculo futuro. (f) Et dicit, *merces multa,*

G

(f) Quæ sit huius & futuri seculi differentia, superioribus annis disceptatum est inter viros clarissimos, *Witsium & Rhenferdium*, quorum ille seculum futurum denotare Dies Messiaë, Dissertatione quadam asseruit, hic binis aliis earumque vindiciis negauit. Coniuncta reperias vtriusque scripta in celeb. *Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato*, p. 1116. ff. cum antea separata prodiissent. Euolue ex vna parte *Witsii Miscell. SS. T. I. L. II. Diff. VI.*

P.

multa, hebr. אָפּי quia, vt calx est in extremo corporis, ita merces est finis operis, & opus non deficit homini
 13 usque ad diem mortis eius. *Errores quis intelligat?* Impossibile est cauere, ne errem in illis: at tu *ab occultis*, quæ a me sunt abscondita, nec scio, quum pecco per errorem, *munda me*, idque ex significatione illius loci: mundus mani-
 14 bus. (Pf. XXIV, 4.) *Ab æstuosis*, ab æstibus animi, *subtrahere me*, cohibere me ab illis. *Tunc integrascam*, ero integer, & *insons ero* prauaricationis magna: id maius est malum æstu animi: æstus enim est ex concupiscentia alicuius rei: sed prauaricatio est rebellantis contra Dominum suum, licet non concupiscat; tantum intendit irritare. Et dicunt Rabbini nostri p. m. Dauidem facere, sicut facit aliquis circuiens ostia, qui petit initio paululum aquæ, in qua non est iactura loculi, & postea petit cepam paruam; quam cum dede-

p. m. 617. fs. & ex altera parte *Rhenferdii Opera*, p. 34. & p. 887. fs. Sed omnis hac de re controuerfia in Logomachiam abire videtur, cum gemini seculi appellatio nunc in laxiori nunc in strictiori significatione adhibeatur. Conf. cl. *Schoetgenii Hor. Hebr. in Fascic. Dissertationum adiectarum*, Diff. II, p. 1153.

dederunt ipsi, dicit: atqui est cepa sine sale; quem cum dederunt illi, inquit: da mihi parum panis, ne mihi noceat cepa. Ita Dauid initio supplicat de erroribus, tum de animi ardoribus, & denique de
 15 præuaricationibus. *Sint accepti sermones oris mei, ad placationem & beneplacitum tuum: & meditatio animi mei: ea est cogitatio, & in vniuersum omnis meditatio coniuncta cordi cogitatio est. Iehoua rupes mea, & Redemptor mi.*

Psalms XX.

- 1 **M** *Agistro Symphonia, Psalmus Dauidis.* Psalmum hunc dixit Dauid propterea quod miserat Ioabum in bellum cum Israël, & ipse permanebat Hierosolymæ, & orabat pro illis.
- 2 *Exaudiat te Iehoua tempore angustia: quum eris in angustia in bello, exaudiat te in precibus tuis: te in edito collocet: vox hebraica innuit elationem: Nomen Dei Iacobi: & dicit, nomen Dei Iacobi, quia promiserat isti, cum iret Haranem, ac seruauit promissum suum: At Aben-Esra exponit, id de Messia dici. Mittat auxilium tuum e sancto, e domo, in qua est arca: & e Zione fulciat te: nam in Zione erat arca:*

- 4 & cur auxilietur tibi? *Recordetur omnia munera tua, & holocaustum tuum*: nam holocausta offerebant tempore belli, ut dicitur: Animum sumsi & obtuli holocaustum. (1. Sam. XIII, 2.) *In cinerem redigat, comburat illud ignis super altari, ut in cineres abeat*: Raschi autem exponit, *munera & holocausta esse preces, quas fundunt*
- 5 *in bello. Canemus de salute tua, quum seruauerit te Deus T. O. M. cantabimus omnes Deo T. O. M. & in nomine Dei nostri vexillis utemur, signa nostra extollemus. Iam cognosco in salute hac, quae accidit Israëli & Ioabo, complacitum me esse Deo, & ipsum exaudire eum, quasi dicat, exaudire me: de caelis sanctitatis suae: haec est cantio quam cantabo. Et quod dicit, Vinctum suum, is est Dauid; aut interpretandum est de Messia secundo: In summa fortitudine, salute dextera sua, salute, quam faciet dextera Iehouae, non dextera*
- 6 *Dauidis. Hi currus & illi equos: sunt ex populis, qui confidunt in curru ferreo suo; & sunt qui confidunt in equis suis: nos vero nomen Iehouae Dei nostri memoramus: nam Ipsi est seruare. Memoramus: vox hebraica innuit suffitum & preces: ut: adolens thus: memoriale eius: (Ies.*
- 7 *9 LXVI, 3. & Leuit. II, 2. &c.) Illi incuruant*

uant se & cadunt: vt: decidet fessor eius retrorsum: (Genes. XLIX, 17.) eo quod confidunt in equis suis: nos vero perstamus, ex significatione illius loci: Perstabit vel manebit domus: (Leuitic. XXV, 30.) & erecti consistimus: vox hebraica innuit elationem, vt illo loco: Erigit mansuetos. 10 (Psal. CXLVII, 6.) *Iehoua serua; Rex ipse exaudiat nos, quo die inuocabimus:* inuertit & explicat illud: (g) *quo die inuocabimus, Iehoua*, quod (nomen) est attributum misericordiae, *serua; Rex*, quod (nomen) est attributum iudicii, (h) etiam ipse *exaudiat nos.*

G 3

Psal-

(g) Et hic tali inuersione vel transpositione superfedere possumus. Primæ enim binæ voces: *Iehoua serua!* a sqq. per Athnachum diuulsæ sunt. Vnde etiam per Regem merito aliud subiectum, nempe Rex Messias, intelligitur, qui vt se invocantes exaudiat, oratur.

(h) Quod de attributo iudicii hic affertur, respicit nomen אלהים. Nam vt nomen *Iehoua* nomen misericordie Judæis esse supra monuimus, ita ex aduerso nomen *Elohim* pro nomine iudicii habent. Sed neque hoc origini vocabuli respondet, quæ quidem nulla commodior inueniri potest, quam quæ illud a radice apud Arabas superstite אלה, coluit, adorauit, deriuat. Si tamen vsum respicias, locis quibusdam, at paucissimis, iudicibus siue Magistratibus, quod vices DEI in his terris gerunt,

Psalmus XXI.

P *Racentori, Psalmus Davidis.* Sensus vocis, *Davidis*, idem est ac de Dauide dictum esse Psalmum hunc: at sunt, qui dicunt,

gerunt, atque ideo suo modo colendi sunt, tribui videtur, vt *Exodi XXI, 6. XXII, 8. 9. 28. Psal. LXXXII, 1.* Vnde *Maimonides More Nevoch. P. II. C. II.* sub. init. cum aliis infert, vocem אלהים, proprie de iudicibus vsurpatam, metaphorice transferri ad Deum & angelos. Verum grauissime ei hac in re ab *Abarbanele Comment. in Genes. F. 5. Col. 3.* contradicitur, ex eo potissimum capite, quod innumeris pene locis de Deo, de iudicibus autem quam rarissime legatur. Quare quum primario de DEO, & plerumque numero plurali, vsurpetur, cum singulari tamen gaudeat, nec per se dominium vel imperium significet, vt voces בעלים & ארונים, argumentum illud, quod hinc ad probandam personarum diuinarum pluralitatem ducitur, etsi doctissimus *Wagenseilius Tel. Ign. Sat. in Carm. R. Lipmanni Confut. p. 129.* eo temere vti nolit, haud omnino est reiciendum: Conf. *b. D. Maji Syn. Theol. iud. Loco II. §. 5. p. 30. fs. b. D. Buddei Theol. Dogm. L. II. C. I. p. m. 198. Dn. D. Deylingii Obs. SS. §. II. Obs. II. p. m. 11.* Quod si vero vel maxime Iudæis concedas, אלהים iudices denotare, parum inde detrimenti causa nostra capiet. Nam confessus iudicum non condecoratur nomine *Elohim*, nisi constet e tribus personis: vt est in *Tr. Talm.*

- cunt , de Rege Messia : vt sensus vocis *Davidis* sit , *Dauidem* dixisse illum per Spiritum sanctum de Messia ; & inimici, hic memorati, sint *Gog & Magog* , & exercitus eius, qui obsidebunt *Hierosolymam*. (i) *Iehoua*, de robore tuo letatur rex, de robore tuo, quod dedisti ei, & de salute tua, quam fecisti ei, exultat valde. Desiderium animi eius das ei, quod reduxeris me in terram *Israëlis* , & postulatam labiorum eius , idem est ac pronunciatum labiorum eius. (Num. XXX, 7. 9.) *Quin præuenis eum*, est præparatio, & præparatio est præuentio, benedictionibus boni, idem est ac in benedictionibus boni : *auri solidi*, est aurum defecatum, iuxta illud : *Consolidata sunt brachia manuum eius*. (Genes.

G 4

Talm. Berachoth f. 6. col. 1. & passim alibi. Quo ex dicto doctissime solidissimeque contra Iudæos disputat *b. G. E. Edzardi Not.* 39. in *Tr. cit.* p. 198. fs.

- (i) De Messia recte quidem, teste *Chaldeo* interprete, & turba veterum Rabbiorum. Conf. *Mendrasch Tillim* in hunc Psalmum f. 19. col. 3. Vel qui excerpta ex eo exhibet, *R. Martini* in *Pug. Fid.* p. 634. & 651. Edit. *Lips.* Inimicorum vero nulli nominatim hoc Psalmo sunt expressi. Vnde de hostibus Messia in genere, quos inter Iudæi acerrimi sunt, illa quæ de inimicis sequuntur capias.

5 nef. XLIX, 24.) *Vitam petiit abs te*, quum
 fugi extra terram a facie Saulis, preca-
 tus sum: ambulem coram Domino in
 6 terris viuentium! (Pf. CXVI, 9.) *dedisti*
ei, quia reduxisti me in terram Israëlis,
longitudinem dierum, regno meo, *in seculum*
& sempiternum: nam dixisti: & stabiliam
 thronum regni tui in perpetuum. (1. Pa-
 7 ralipom. XXII, 10.) *Disposuisti illi*, po-
 suisti super illum: Chaldaice *ישם* est
ושוי. *Exhilarasti eum letitia a facie tua*, non
 gaudet de amplitudine exercitus sui aut
 de multitudine argenti & auri sui, sed de
 facie tua, quod respexeris ad illum: vt:
 & respiciam ad vos: (Leuit. XXVI, 9.)
 Et lux faciei ipsius est prosperitas homi-
 ni, quocunque se verterit. Et Rabbini
 nostri id interpretantur de Rege Messia.
 8 *Benignitate excelsi non dimouebitur*, in gratia
 Iehouæ ille confidit se non commotum
 9 iri. *Assequetur manus tua*, sufficet tibi ma-
 nus tua, vt non opus futurum sit tibi
 auxilio: *dextera tua deprehendet ofores tuos*:
 לשונאיד est pro לשונאיד: vt non sit ipsis po-
 testas euadendi e manu tua: & Lamed
 10 in לבל איביד stat loco duorum. *Dispo-*
nis eos vt fornacem ignis, sicut clibanum, in
 cuius medio sunt ligna & ignis, vt ignis
 consumat ligna, ita tu facies illos *tempo-*
re

II

12

13

(k)

(l)

re faciei tuae, tempore indignationis tuae: vt: Facies Iehouæ dispertiet eos. (Thren. IV, 16.) At auctor Romemoth El explicat: Sicut fornacem ignis, non sicut ignem, ne consumantur in igne confestim; sed sicut fornacem ignis: illa enim fert focum quotidie & perficit: ita dabis ipsis vires ad toleranda supplicia sua; idque tempore vultus tui, illa vice, qua lætabuntur iusti coram te. *Ira sua absor-*
11 *beat eos*: oratio est hæc. *Fructum eorum*
e terra perdas: & *vox perdas* est respectu
 Dauidis aut Messiae, vt non relinquatur
12 *de inimicis eorum* memoria. *Quoniam*
intenderunt tibi malum: Dauidi aut Messiae
 machinati sunt scelus, (quod) non poterunt
 perficere. Hic est Titus improbus, qui
13 *dixit*, se occidisse ipsum. (k) *Nam pones*
eos portionem, pones eos in partem, (l) vt
 G 5 di-

(k) De Tito Vespasiano impudentissime hic mentiuntur Iudæi. Fabula exstat in *Cod. Talmud. Gittin C. V. f. 55. col. 2. fin.* ex eoque in *R. Martini Pug. Fid. p. 904. fs.* translata legitur. Sed satis superque mendacii conuincuntur a domestico scriptore *El. Iosepho*, qui *Titi* ingressum in templum longe aliter describit, honorificentissimosque eius de DEO sermones refert. Vid. *Iosephum de Bello Jud. L. VII. C. X. p. m. 958. & C. XVI. p. 967.* Edit. Lips.

(l) Ita quidem ex usu Arabum vocem *دش* interpretari

dispertiantur Israëlitæ opes ipsorum : *neruis tuis* : neruis arcus tui : *aptabis* fagittas tuas ad iaculandum in faciem eorum. *Exaltare, Iehoua, robore tuo* contra insurgentes, & tunc *cantabimus & psallemus* de fortitudine tua.

Psalms XXII.

I **M** *Agistro Symphonia super cerna aurora* : Instrumentum Musicum vocatum אילת השחר : Iacob autem Lombroso exponit, dictum esse de Israëlitis (m) in

tari licet. Sed cum posterius hemistichium de facie hostium iaculis traicienda loquatur, fatius fuerit, ex significatione Hebræis vsitatione de hostium fugientium humero exponere, telis petendo.

(m) Non de integro aliquo populo, sed de vno & certo quodam homine, Psalmum hunc agere, ipsum eius argumentum loquitur : inprimis, quod qui in eo sermonem facit, & a populo v. 7. & a fratribus v. 23. se distinguit, & v. 10. 11. matris suæ mentionem iniicit. Quod cum alii animaduertent, interque eos auctor *Romemoth El*, de quo mox v. 2., in eam ingressi sunt sententiam, de *Esthere* hunc Psalmum dictum esse. Ridiculum! cum diserte genus masculinum v. 7. & 9. exprimitur. Neque ostendere vnquam possunt Iudæi, quomodo vel in *Esthere* vel in alio homine hic Psalmus impletus fuerit. Nobis autem per
suo-

in exilio, quippe qui vocantur cerua
 amorum: (Prou. V, 19.) *aurora*, quod li-
 cet illi sint in via in exilium, gloria Ie-
 houæ super ipsis vt aurora oritur. *Mi*
 2 *Deus fortis, mi Deus fortis!* duplicat more
 clamantium & vocantium, vti dicitur:
 Exaudi me, Ichoua, exaudi me: (1. Reg.
 XVIII, 37.) Et auctor Romemoth El in
 ea sententia est, de Esthere Regina di-
 ctum esse hunc Psalmum: ideo ait: Deus
 meus fortis tu eras, antequam nupsi regi;
 Deus meus fortis tu es, etiam postquam
 nupsi regi. *Quare dereliquisti me*, quod ab-
 lata fuit ab illa Schechina; & Dauid di-
 3 xit Psalmum hunc de futuro: *longinquus*
a salute mea, etiam a verbis rugitus mei. *Deus*
mi, ego voco interdum, nec tu exaudis; nihilo-
 minus tamen *noctu non est silentium mihi*,
 דומיה significat silentium: nam mos est
 alieni, si petat aliquam rem, nec exau-
 diat eum, non amplius petit, ne irascatur
 rex in ipsum; sed si petens sit filius regis,
 petit,

singulos versus eundo in promptu est demonstrare,
 omnia in Iesu Christo ad vnguem perfecta fuisse.
 Quid? quod ipsi veteres Iudæi Psalmum istum de
 Christo exposuerunt, quorum testimonia attulit
 b. G. E. Edzardi Annot. 33. ad C. II. Auoda Sara
 p. 243. fs. & Annot. 31. ad C. I. Berachoth, p. 176
 fs.

petit, idque secundum & tertium : ideo
 dicit : Deus meus tu es : Et nos vocamur
 filii, quia dictum est : Filii estis Iehouæ
 Dei vestri : (Deuteronom. XIV, 1.) ideo
 4 voco die & nocte, *nec est silentium mihi. At-*
qui tu sanctus es permanens, & subsistens in
perpetuum : dicitur enim : Et Tu Iehoua
in seculum permanes : (Thren. V, 19.) Et
sicut virtus tua tunc erat, ita nunc est :
perfecta laus Israël. Israëlita enim lau-
dant te, quum eripis illos ex angustia eo-
 rum : quomodo igitur non serues nos
 5 nunc ? *Tibi confisi sunt maiores nostri multis*
 6 *vicibus, & tu liberasti eos ex angustia ipso-*
 7 *rum. Ideo confisi sunt, nec pudefacti fuerunt.*
 8 *At ego sum vermis, & non homo, in eorum*
 9 *oculis, in exilio hoc, & nominat omnes*
 10 *Israëlitas tanquam virum vnum : Aperiant,*
 11 *vt apertura matricis dicitur : Et Michlal*
 Iophi interpretatur יפטריו per vocem, mit-
 tunt : Targum illud : (Genes. XLIV, 3.)
 Et viri dimissi sunt : reddit : וגבריא אהפטריו :
 quasi dicat : emittunt verba : vt : os
 9 tuum laxas ad malum ; (Pf. L, 19.) *Vol-*
 10 *uendo, scilicet voluat, vt deuoluat onus*
 11 *suum & deferat vias suas in Iehouam pre-*
 12 *cibus. Liberet eum, siquidem delectatur eo*
 Dominus, & exaudit preces eius. *Edu-*
 13 *ctor mi : qui educis atque extrahis me. In*
 te

- te reiectus sum ab utero : tu enim miscebas
 matri meæ alimenta , cibabas & educa-*
 13 *bas me. Iuueni multi, Nebucadnezar &
 copiae eius : robusti Baschanis : Basan est
 locus in terra Israël, locus pascui pin-*
guis & opimus, & iumenta, quæ pa-
*scunt ibi, sunt pingua & robusta ; &
 comparat improbos validos cum illis :*
cinxerunt me instar corona : idem est ac cir-
cumdederunt me : vt : cinxerunt Benia-
minitas : (Iud. XX, 43.) & quia corona
 14 *ista. Leo rapiens & rugiens : & rugitus leo-*
nis est ad elationem : sic Nebucadnezar
& copiae eius, postquam occiderunt ac
spoliarunt nos, lætantur & gloriantur.
 15 *Et disparant se : sensus est, separantur,*
aliud ab alio, iniuncturis suis. כרוגה est
 16 *cera, quæ liquefit ab igne. Faucibus meis :*
sunt id quod supra linguam & sub ea est,
& vocantur מלקוחים quia capiunt tem-
pore manducationis cibum. Disponis me
 17 *collocas me : significat proprie colloca-*
tionem ollæ. Manus meas & pedes meos :
Leo enim circulum describit cauda sua
in filua, & omnis fera, quæ videt illum
circulum, non inde egreditur, præ metu
leonis, & colligunt manus suas & pedes
 suos

fuos: (n) ita nos, qui in Babylonia sumus, non possumus inde egredi præ raptoribus. *Enumerabo omnia ossa mea: ad viden-*

(n) Quam ieiuna, quæso, & infulsa hæc est fictio! Atque hic latissimus sese aperiret differendi campus, si animus nobis esset, integrum de loco hocce vexatissimo, qui *cruce Criticorum* dicitur, conscribere libellum. Otium autem post *b. Pfeifferum* aliosque hic nobis nuper fecit *cl. Richter* *Medit. singulari*, quam *Analyse vocum difficiliorum Hebræarum*, vtilissimo libello, præmisit, vbi omnes, quotquot in medium allatæ fuerunt, eruditorum sententias erudite recenset & diiudicat. Adde tamen *cl. Dachselii Bibl. Accent.* in h. l. p. 694. fs. & in *Addend. P. II.* p. 603. quo posteriore loco nouam radicem כָּאָר, vel nouam saltem eius significationem, sensu contremiscendi, finxit. Aliam eamque nouam, sententiam *Richter* l. c. proponit. Deriuat nimirum vocem כָּאָרִי a radice כָּרַר, cuius *Piel 2. Sam. VI, 14. 16.* occurrit. Verum enimvero, quod pace Viri docti monere liceat, si significatio, quæ l. c. illi voci tribuitur, huc trahenda fuerit, ludicrus pene, & plane ab hoc loco alienus, hic emerget sensus. Metaphoricam vero, quam voci affingit, significationem vnde probabit, nullibi obuiam? Neque adeo certa huc dum illa salendi notio est, vt in ea pedem figere liceat. *Saltem enim per coniecturam ita vertunt, vt Polus in l. c. inquit. Et Interpretes antiqui plane aliter transtulerunt. Quippe LXX. habent: Pulsabat in organis apte compactis; Ionathan, laudabat;*

videndum, quomodo sint disparata in
me: *ipsi*, ofores mei, *intuentur* & irrident
19 me. *Et super veste mea iaciunt sortem, ca-*
piunt

bat; Syrus & Arabs, canebat. Taceo ambages
formationis, quas ipse Auctor sibi obiectum iri
præuidit, & alia. Mirum vero est, nondum,
quod sciam, exstitisse, qui huic loco ex lingua
Arabica lucem adferre tentauerit. Sed fallor an
id fecere magni viri, *Bochartus Hieroz.* P. I. L. III.
C. VI. p. m. 779. fs. & *Pocockius Not. Miscell.*
C. IV. p. m. 56. fs. Verum vterque tantum notas
iam explicaciones ex Arabum idiomate illustrauit.
Nos nouam ingrediemur viam. Scilicet Arabice
כר, per ר geminatum, est compes, item funis
vnde כארי pro כררי, א pro ר Syrorum more al-
ternante, vt in voce צאלים *Hiob.* XL. 16. 17.
א pro ל, & Iod. Heemanthico superaddito.
Quod annon aptum nexui orationis fundat sen-
sum, Lector iudicet. At fatius fuerit, in vulga-
ri illa vocis כארי formatione acquiescere, eamque
cum potiori Interpretum & Criticorum parte pro
Participio Kal. r. כור habere, cum א epenthetico,
& Apocope ס pluralis: in quarum rerum gram-
maticarum rationes inquisiuit cel. *Vitringa Obs.*
SS. L. I. Diff. III. C. II. p. m. 185. fs. coll. L. II.
C. IX. p. 372. fs. Quæ causæ si non omnibus se
proberent, significatus tamen fodiendi ipse propterea
non reiiciendus est. Hoc certe sensu verterunt
LXX. Vulg. Syr. Ar. Aeth. Et ex ipsis Iudæis
sunt, qui de perfossione manuum & pedum id
explicant. Vid. cel. *G. E. Edzardi Annot.* 33. in
C.

piunt omnes opes nostras, etiam super
 indumentis nostris conijciunt sortem,
 20 quis illa sit accepturus. *Virtus mea*, ro-
 bur meum: vt: vir quem deficit virtus.
 21 (Ps. LXXXVIII, 5.) *A cane*: sunt prin-
 cipes Nebucadnezaris: etiam assimilat
 eum & principes eius leoni & vnicorni-
 bus: *unicam meam*, id est, animam meam,
 22 quæ est vnica. *A cornibus monocerotum ex-*
audisti me: seruasti me ex angustiis ma-
 gnis, quæ sunt sicut cornua monocero-
 tum; ita serua me nunc ab ore leonis.
 23 Et *in medio cætu laudabo te*. Et quæ est
 24 illa laus? *Qui reuerimini Iehouam, laudate*
 25 *eum* &c. *timete ab eo*, illi, qui nondum per-
 uenerunt ad amorem. ענות עני, *clamorem*
afflicti: aut significat prior vox submissio-
 nem, vt: submittere te ad præsentiam
 26 meam. (Exod. X, 3.) *A te laudatio mea*,
 tu es fundamentum & causa laudationis
 27 meæ. *Comedent mansueti*, tempore redem-
 tionis: *viuet animus vester*, eo sensu, quo
 dicitur: Reuixit spiritus Iacobi. (Genes.
 28 XLV, 27.) *Recordabuntur*, illo tempore,
 id quod nobis fecerint in exilio, quum
 videbunt bona nostra: & *se conuertent ad*
Ieho-

C. II. Auoda Sara p. 244. fs. Add. qui h. l. contra
 Whistonum vindicat, excell. Carpzov. Crit. S. V. T.
 P. III, C, I, p. 838, L

- 29 *Iehouam. Quoniam Iehouæ est regnum, quia*
 videbunt redire tibi regnum, & domi-
 30 nationem. *Comedent & adorabunt omnes*
pingues terræ: Medi & Persæ, qui sunt
 pingues terræ, comedent etiam nunc de
 bono, quia facient poenitentiam, & Deus
 fortis suscipiet illos: *quicumque descendunt*
in puluerem, sunt mortui gentium, qui in
gehenna sunt: & animam eius in vita non
conseruat, & Deus T. O. M. non miserebitur
 eorum, vt eos in vita conseruet. (o)
 31 Sed *semen colet eum iugiter: hi sunt Israë-*
 32 *litæ: Enarrabitur de Domino: illi enarra-*
 bunt omni ætati de laude, quam fecerit
 illis: *& annuntiabunt populo nascituro iustitiam*
eius.

Pfalmus XXIII.

P *Salmus: Pfalmum hunc dixit Dauid,*
 quum aufugit a Saulo, ac venit in
 filuam Chereth, ita dictam, quod
 esset arida instar testæ, & Deus T. O. M.
 humectauit eam bono seculi futuri. *Ie-*
 H *houa*

(o) Coacta est hæc expositio, qua subiectum huius
 commatis constituitur Deus, cum potius sit ille
 qui animam suam seruare non potest, associandus
 subiectis præcedentibus, quibus simul prædicatum
 primo loco positum tribuitur, quod comedent &
 adorabunt, coramque Messia procumbent.

- bona pastor meus est*: comparat Dauid se-
ipsum agno, & Deum T. O. M. pastori.
- 2 *Non egebo*: in deserto hoc, in quo ambu-
lo, confido fore vt non egeam. *In cau-
lis*: Vox hebræa notat habitaculum & ten-
torium pastorum: *herbæ*: locus est herbæ
viridis: *ad aquas tranquillas*: contrarium
3 *torrentis inundantis*. *Animum meum re-
creat, ducit me pastor a pascuo ad pascuum,
in quiete & tranquillitate*: (Ies. XXX, 15.)
*deducit me per orbitas iustitiæ, non per col-
les & valles*: propter nomen suum facit, vt
enarrem, eum esse pastorem misericor-
4 *dem & bonum*. *Per vallem umbræ lethalis*:
vox hebræa notat tenebras, & dicitur
de deserto Siph: *non metuum, quia tu me-
cum es*: *Virga tua, sunt castigationes, &
pedum tuum, est lex, illa consolantur me*: id
enim est ad expiandam iniquitatem. (p)

Et

(p) *Præcedentia satis docent, inquit Riuetus ad h. l.,
non de castigationibus, sed de protectione, fidelium hic
agi*. Et falsissima est ludæorum hypothesis, qua
statuunt, per castigationes, vt et ieiunia, eleemo-
synas, preces, & alia eiusmodi, peccata expiari.
Læsa enim infinita Dei iustitia infinitam satisfactio-
nem postulat. Deinde si castigationes & cetera
ante dicta expiant peccata, quid ergo Deus tot
sacrificia in V. T. instituit? Porro alium plane nobis
Ies. LIII, 5. designat, cui castigatio pacis nostræ in-
cubu-

- 5 Et confido, te *instructurum coram me mensam*, id est, regnum: (q) e regione inimicorum meorum, ii sunt Doëg & Achitophel: *unguento perunxisti caput meum*, quum vnctus fui rex: *poculum meum exuberat*: innuitur satietas, quæ erit seculo futuro. *Saltem bonum*: quia bona, quæ mihi obtingunt seculo hoc, minuta sunt: *tantummodo*, sensu diminutionis: *persequantur me omnibus diebus vitæ meæ*, quia osores persequuntur me omnibus diebus vitæ meæ: *& maneam in domo Iekouæ*, in quiete & tranquillitate: nec fatigent me amplius bella & negotia seculi huius, vt solitarius agam ibi longo æuo.

H 2

Psal-

cubuerit. Denique conf quæ iam supra hac de re ad *Psalmum III, 1.* monuimus. Ceterum inter virgam & pedum vel scipionem hoc, mea quidem sententia, interest, quod illa regendo, hic sustentationem inferuit: vnde illa directionem, hic sustentationem DEI significare videtur.

- (q) Alienum est, per mensam hic regnum intelligere. Quin contra integer versus docet, & *Kimchi* quoque obseruat, Deum hospiti conuiuiam laute excipienti h. l. comparari. Vnde sequitur, vt mensa largissimum omnium bonorum apparatus significet. Ita pariter, quod de unguento subiicitur, non ad vnctionem regiam respicit, sed ad morem

He-

Psalmus XXIV.

P^{Salms.} Psalmum hunc dixit Dauid ad ostendendum, esse habitationem diuinæ maiestatis (r) in terra.

Iehoue

Hebræorum, quo conuiuias suos oleo suauissimo perungere solebant; idque unguentum, iudice *Abenesra*, hic spirituale est.

(r) Hebr. dicitur *Schechina*, cuius frequens in scriptis Hebræorum mentio. Quod si vero omnia conferas, quæ de illa habent, apparebit, vocem *Schechina* modo *generali*, modo *speciali*, modo *specialissima* significatione accipi. *Illa* generalem Dei præsentiam eiusque prouidentiam in vniuersum; *ista* occultam & spiritualem Dei, qua terræ gentique Israeliticæ adest, præsentiam; *hec* denique præsentiam & gloriam Dei visibilem, quæ olim in tabernaculo *Leu. XIX, 23.* & post in Templo Salomonæo *1. Reg. VIII, 11.* apparuit, in templo autem secundo defuit, notat. Conf. Lib. *Cosri* P. V. §. 23. p. 384. Edit. *Buxt.* cum *Wagenseilii Sota* p. 83. & *I. C. Wolfii Not. Kar.* p. 27. Is. Postrema significatione acceptam *Schechinam* Iudæi pro angelo illo habent, qui Abrahamo *Gen. XVIII.* & Mosi *Exodi III.* visus, cum iisque collocutus fuerit, ac Israëlitis in deserto præiuerit, *Exodi XXIII, 20.* eumque vulgo *Michaëlem* & *Metatron* appellitant. Vnde apparet, per hanc *Schechinam* a nobis Christianis recte *Iesum* nostrum, Filium Dei, intelligi, angelum illum foederis, *Mal. III, 1.* Alii tamen ex Iudæis *Schechinam* *Spiritum S.* interpretant.

- Iehoua est terra*, hæc est terra Israelis, & plenitudo eius, i. e. agri, orbis habitabilis, i. e.
- 2 reliquæ regiones. (s) *Super maribus fundavit illam*, iuxta maria, qua ratione etiam dicitur: & iuxta eam tribus Manassis: (Num. II, 20.) nam maria & flumina sunt fundamentum mundi, in vsum humoris,
- 3 rebus creatis. *In montem Iehoua*, ille est
- 4 mons Moriia. *Innocens manibus*: quasi dicitur: licet omnes illius sint, nihilominus non omnes digni sunt, qui ei appropinquent, sed tantum qui est innocens opere, & cogitatione, & verbo: ideo commem-
- H 3

tantur: quam sententiam ex Christianis quoque, post b. *Matium Syn. Theol. Iud. Loco II. §. 5. sub fin. p. 45.* aliosque, tuetur *Haseus Syll. Diff. III. §. II. fs. p. 148.* fs. ita tamen, vt Messiam, Dei Filium, non excludat. Ceterum conf. de *Schechina*, præter auctores iam citatos, *Buxtorff. Lex. Talm. p. 2394. fs. Lund. Iud. Heiligth. L. I. C. XIV. §. 6. fs. p. m. 66. fs. Vitring. Obs. SS. L. I. Diff. II. C. IV. p. m. 166. fs. Sommeri Specimen Theol. Sohar. p. 42. fs.* & qui omnium luculentissime ex Hebræorum scriptis de illa differit, excell. *Danzius in Quadriga Programm. ad Iob. XIV, 23. An. 1720. 21. 23. 24. publicata, & Meuschenii N. T. ex Talm. illustrato, p. 701. fs. inferta.*

(s) Rectius hic distinguit auctor *Micblal Iophi: Terra est ambitus totius terræ, vt cum dicitur: Cælum*

- memorat tria hæc: *innocens manibus*: id est opus: & *purus animo*: hæc est cogitatio:
- 5 *neque iurat dolose*: hoc est verbum. *Auferet benedictionem*, accipiet benedictionem: vt: acceperunt vel duxerunt sibi uxores.
- 6 (Ruth I, 4.) *Hæc est generatio requirentium eum*: cui sunt proprietates istæ, dignus est, qui sit concionator generationis: (t) scriptum est דורו, & legitur דורושי: Ctiph est respectu nominis דור, quod est numeri singularis, & keri est respectu singulorum, qui sunt multi. *Jacob, Sela*: est semen Iacobi. *Attollite portæ capita vestra*: quum introduceret Salomo arcam in domum Sancti sanctorum, cohæserunt portæ altera alteri. (u) At *Michlal Iopbi* expo-

§ terra: תבל autem significat loca orbis habitabilis: ideo coniungit cum terra plenitudinem eius, & eum תבל, orbe habitabili, habitantes in eo.

(t) Contortus iterum sensus. Nihil aliud sane dicit diuinus scriptor, nisi hoc, tale esse, quale scilicet antea descripsit, & moribus & felicitate, hominum genus qui Deum ingenue quærant. Ctiph autem, de quo in sqq. sermo est, omnino, vt recte dicitur, nomen singulare דור respicit, contra Keri ad significationem eius collectiuam accommodatum est.

(u) Fabula Iudaica! Rectius *Michlal Iopbi* figurate hæc dici afferit. Ingeniose quidem b. *Maus Obs.* SS. L.

exponit sensu magnitudinis, quia magnum honorem consequemini hodie, quum intrabit per vos Rex gloriæ: & dicit *Rex gloriæ*: quia propter eum fuit gloria domus magna: *ostia seculi*, ostia, quorum sanctitas est perpetua. *Quis est iste Rex gloriæ*? Quasi dicat: si quis interrogat, quis sit hic Rex gloriæ, responsum habeat: *Iehoua potens & fortis*, qui ostendit vires suas operibus suis, & pugnat pro sanctis suis. *Attollite*: vice secunda; inuit reuersuram gloriam, veniente Redemptore, quia non erat gloria in templo secundo. *Quis?* additur propter domum tertiam, (x) & non commemorat strenuum

H 4

num

L. II. p. 53. respici putat ad veteres templi Hierosolymitani portas, vltro patefactas 40. ex calculo *Talmudistarum*, secundum *Iosephum* autem 4. ante subuersionem annis, quos inter se doctissimus *Wagenseilius Tel. Ign. Sat.* p. 311. componit. Verum hoc ad egressum, Psalmi vero nostri verba ad ingressum, pertinent.

(x) Lubrica, immo commentitia, est ratio, ideo secunda vice exclamari: *attollite*: quod reuersura fuerit gloria, veniente Redemptore. Plane autem stultum est opinari, *1^o v. 10.* repeti, propter templum tertium aliquando ædificandum. Reuersura vtique erat gloria, veniente Redemptore, eaque maior priore. At id fieri debuit in templo secundo,

num militiae, propter illud: conuertam
gladios eorum in ligones, & terra re-
quiescet ab omni bello. (Iesaiæ II, 4.) De-
nique ait: *Iehoua exercituum*: uti alias me-
moratur exercitus caelorum, quia erunt
homines generationis illius sicut angeli
DEI.

Pfal-

do, prout *Haggai* diserte prædixit C. II, 8. 10.
Cum autem gloria, illa *Schechina*, de qua ad ver-
sum 1., non exstiterit in templo secundo, ut omit-
tam, aliis quoque gloriae insignibus istud priori
cessisse, sequitur, ut illa alio insigniori modo illuc
redierit. Quod non aliter potest contigisse, quam
aduentu Redemptoris ipsius, qui omnibus gentibus
in deliciis futurus erat. Equidem verlutissimus
Apellarum *Abarbanel*, tum in *Comment. in Hagg.*
l. c. tum in שמיני שיני fol. m. 66. f. omnem
mouet lapidem, ut templum aliquod tertium hinc
exstruat, cuius gloria maior, quam primi illius
Salomonæi, futura sit. Sed si quid aliud, id cer-
te desperatam arguit causam. Etenim nec ipse
negare potest, maiores suos de secunda æde ver-
ba Vatis interpretatos, & Propheta indicem quasi
digitum in templum tum exstructum intendit.
Quid? quod ipsi Hebræi prisca crediderunt, stante
templo secundo Messiam venturum fuisse, immo
reuera venisse, vel saltem natum esse: quod *P. D.*
Huetius Demonstr. Euang. Propos. IX. C. VIII. §. 1.
2. p. m. 438. ostendit, *Lightfootus* autem *Hor.*
Hebr. in Matth. II, 1. & *G. E. Edzardi in cap. I. Auo-*
da

Psalms XXV.

- 1** **P** Salms XXV. docet, animam esse in manu DEI & sub throno gloriae eius. *Davidis.* *Ad te Iehoua animum meum attollo:* vt: ad eam ipse attollit animum suum. (Deuteron. XXIV, 15.) (y) At R. David Kimchi explicat sensu muneris, ideo dicere, *Davidis*, quasi inquit: non sum Rex, sed tantum David, penes te, Iehoua: nam tu es Iehoua, ideoque non est mihi munus, quod tibi dem, nisi anima mea, quæ est portio Dei mei superne. *In te confido*, non in alio, ideo *ne erubescam*: nam si non impleueris petitionem meam, pudor mihi est, in fiducia mea; sed si impleueris, non est mihi pudor: *& ne exsultent inimici mei de me.* *Præuaricantes temere*: & illi sunt prædones,
- H 5
- qui

da Sara Not. 102. p. 250. fs. insigni & prolixo Talmudis Hierosolymitani loco demonstrarunt.

- (y) Sensus igitur est: Desiderium tui me tenet. Ita b. Lutherus inter paucos quam optime expressit. Alias Iudæi hoc loco, ad *μετεμψυχασιν* aliquam nocturnam asserendam, abutuntur, abs quo commento eum vindicat b. Dilberrus Dissp. Acad. Tom. II. Diss. IV. Thesi I. p. 44. fs. & qui hinc arua sua, haud laudato fonte, irrigauit b. Saubertus Opp. Posth. p. 199. fs.

4 qui pauperes immerito depellunt ab opibus ipforum. *Vias tuas Iehoua, ostende mihi*: dicit tribus vocibus: *ostende mihi, doce me, dirige me*, respectu trium rerum, super quibus consistit mundus, quæ sunt veritas, pax, & iudicium. *Vias tuas, Iehoua, ostende mihi*: hæc est pax: dicitur enim: Præstat pacem in excelsis suis. (Hiobi XXV, 2.) *Semitas tuas doce me*: hoc est

5 iudicium: quia dicitur: semita iudicii. (Ies. XL, 14.) Et respectu veritatis: *dirige me per veritatem tuam*: namque non est iudicis, nisi quod oculi eius vident, & ipse est qui cognoscit veritatem, & facile est intelligere domum iudicii. (yy) *Nam in te spem habeo toto die*: hic (dies) est seculum istud, quod est dies gentibus,

6 & nox Israël. *Memento misericordie & benignitatis tue, quia a seculo sunt*: in utero matris meæ, & postquam educaſti me huc-

(yy) i. e. Facile perspici potest, hoc, quod de veritate dicitur, pertinere ad veritatem in iudicio explorandam. Sed nihilominus ingenio opus est, ad nexum rerum hic peruidendum. Aliquanto dilucidius R. Simeon ben Gamaliel ex Zach. VIII, 16. mundum tribus illis rebus niti probat, in *Pirke Auoth* C. I. M. 18. in quem locum vide quæ G. H. Lehmannus in Verſ. Germanica huius libelli p. 76. ſs. commentatur.

hucusque, dignum est te, vt parcas mihi, quia opus manuum tuarum sum. At Raschi ita exponit : *a seculo sunt* : ab Adamo primo, quia dixeras ei ; die quo comederis ex ea, vtique morieris ; dedisti ipsi diem de tuis, qui est mille annorum.

- 7 (z) *Peccata iuuentutis mea* : nam in diebus iuuentutis vocantur *peccata*, quia nondum perfecta est scientia hominis, non nomine transgressionis, quæ est rebellio : *pro benignitate tua recordare mei* : ea sunt opera
- 8 bona, quæ sunt in manu mea. (a) *Docet peccatores viam* : hæc est pœnitentia : aut refertur ad homicidas, quia dicitur : *Parato tibi viam.* (Deuteronom. XIX, 3.)
- 9 *Dirigit mansuetos ad æquitatem, & docet eos viam*

(z) Scilicet eo ipso die, quo Adamus peccauit, ei ex decreto diuino moriendum fuisset. Quod ne fieret, Deus ipsi diem de suis, qui secundum *Pf. XC, 4.* mille annorum est, donauit. At cum Adamus tantum 930. annos vixerit, Adamum porro fingunt Dauidi 70. annos de suis concessisse, qui alioquin abortiuus futurus fuisset. Vid. *Ialkut Chadasch f. m. I. col. 2. num. 6. & f. 3. col. 1. n. 53. coll. f. 4. col. 3. n. 92. & ex parte quoque Eisenmengeri Entd. Iud. P. I. p. 467. & P. II. p. 16. l.*

(a) At vero si ex gratia, ergo non per opera; alioquin gratia iam non esset gratia : sin per opera, non iam est gratia; alioquin opus iam non esset opus. *Rom. XI, 6.*

- viam suam*, vsque dum sit ipsis verbum in
 10 statutum & ius. *Conseruantibus fœdus eius*:
 vti conseruat benignitatem millenis.
 11 (Exod. XXXIV, 7.) *Propter nomen tuum*,
Iehoua, quo vocatur bonus & facilis:
 (Ps. LXXXVI, 5.) *veniam dabis iniquitati*
meæ, ʒ magna est: sensus particulæ ʒ hoc
 loco est, etiamsi, (b) vt: ʒ etsi rebella-
 12 uimus contra ipsum. (Dan. IX, 9.) *Quis*
est vir ille, quasi dicat, honoratus: vt:
 fortem te virumque præbeto: (1. Reg. II,
 2.) *qui reueretur Iehouam*: docebit illum Ieho-
ua viam quam eligit, hæc est via bona.
 13 *Anima eius in bono versabitur*, in sepulchro.
 14 *Arcanum Iehouæ*, notat consilium, & fœdus
eius, hæc est pactio fœderis cum anima,
 vt intelligentia imbuatur, & vt recipia-
 tur ad gloriam eius, quando separatur a
 corpore: atque id est, quod dictum fuit
 Mosi: ecce ego pango fœdus: (Exod.
 XXXIV, 10.) significat lumen intelle-
 ctus, & vt adhæreat anima eius superis.
 15 *Quia ipse educit e reti pedes meos*: est deside-
 rium inclinationis malæ: anima enim ca-
 pta

(b) Hæc significatio particulæ ʒ nondum eucta,
 immo nec necessaria est. Quid obstat, quo mi-
 nus per *nam* veritas? hoc sensu: nam magna est,
 & tanta, vt non nisi gratuita tua remissione tolli
 possit.

pta est desiderio inclinationis prauæ, & nisi Iehoua educat illam, non est ei po-
 16 testas egrediendi. *Quia solitarius*: quasi dicat: Licet sim Rex, tamen tanquam vnicus sum: neque enim confido in multitudine exercitus, sed in potentia tua sola: & *pauper sum*: sensus: deiectus &
 17 humilis sum. *Angores animi mei dilatant se*: eo quod sunt multi, dilatant locum suum in corde meo, hinc clamo ad te:
 18 *ex angustiis meis educ me. Aspice afflictionem meam & laborem*, quia affligo meipsum, vt dicunt RR. nostri p. m. & ego in afflictione mea præparaui: (c) & *laborem meum*, quo defungor in lege: ideo igno-
 19 *sce omnibus peccatis meis. Odio violento, odio*
 20 *fallaci. Quare serua animam meam, ne occidam infontem, & eripe me, ne cadam*
 21 *in manum eorum. Integritas & rectum custodiant me, conseruent me cum in vita,*
 22 *tum in morte mea. Vindica, Deus, Israëlem ex omnibus eius angustiis.*

Psal-

(c) Sunt hæc verba Dauidis, 2. Chron. XXII, 14. Detruncata autem hic sunt, quæ in h. l. Rabbini in N^o commentantur.

Psalms XXVI.

Psalms hunc dixit Dauid, ne confidat iustus in iustitia sua, vt fiat sibi signum, sed tantum confidat in Iehoua. *Dauidis. Iudica me, Iehoua:* At alio loco dicit: Ne congregiaris mecum iudicio. (Psal. CXLIII, 2.) Sed ita inquit Dauid: Quando iudicas iustos, ne congregiaris mecum iudicio, sed quando iudicas improbos, iudica me, nam coram improbis ego sum iustus: (d) *quoniam ego in integritate mea ambulo*: Verum licet ita sit, non confido in operibus meis; sed tantum *Iehoua confido, me non vacillaturum esse*, sensu labandi. *Proba me Iehoua, & secundum cor meum iudica me: examina renes meos*, quasi dicat: Probas illos sicut fusor probans argentum. *Et indefinenter ambulo*, vt exerceam me in veritate tua: vt: & ambulauit indefinenter Hanoch. (Genes. V, 22.) *Cum mortalibus vanis*: mortales idem ac homines: & *cum occultis*, qui faciunt in tenebris & in occulto opera sua. *Non venio*, non soleo versari cum eis: & hæc est explicatio eius, quod dixerat

(d) Facilius tollitur contradictio quæ apparet, distinguendo inter iustitiam personæ & causæ.

dixerat primum de ambulatione : & po-
 6 stea, *non sedeo* : nam *non venio* in consilium
 7 secretum ipsorum. *Lauo innocentia manus*
meas, & tum *circumeo altare tuum*, *Iehoua*,
 vt offeram holocausta, non sicut impro-
 8 bi, quorum manus sanguine plenæ sunt,
 & offerunt holocausta. *Diligo habitacu-*
lum domus tue : est domus, in qua erat ar-
 ca : & *locum*, *tabernaculum*, *gloria tue* : nam
 ibi habitabat gloria super viris spiritus
 9 sancti. *Ne agreges penes peccatores animam*
meam : hic est locus, quo sepeliebantur
 lapidibus obruti & combusti : & *penes vi-*
ros sanguinarios : hi sunt gladio occisi &
 10 strangulati. (e) *Quorum in manibus scelus* :
 n̄m proprie significat cogitationem, &
 Michlal Iophi interpretatur sensu abomi-
 nationis & mali operis : vt : nam scelus
 faciunt : (Hof. VI, 9.) quemadmodum
 cogitationes eorum tendunt ad occiden-
 11 dum & prædandum, ita faciunt. *At ego*
in integritate mea ambulo, reuera, non in co-
 12 gitatione : ideo ego peto : *redime me a sce-*
litis cogitationibus eorum, & *miserere mei*.
Pes meus constat in recto, in via recta.

Pfal-

(e) Viri sanguinis iuxta Targum sunt homines estun-
 dentes sanguinem, vti peccatores sunt omnes qui
 vitiosam flagitiosamque vitam agunt.

Psalmus XXVII.

- 1 **I**N hoc Psalmo enarrat res intellectus & reliqua hominis, quæ superant omnes res materiales. *Lux mea*, est lumen intellectus: *Iehoua lux mea*: vt ambulem in præceptis eius: & *salus mea*, a concupiscentia mala: ideo a quo timerem, vt me in peccatum inducat? Et Aben-Efra explicat: *Lux mea*, in rebus spiritalibus, & *salus mea*, in rebus corporalibus, & *robur vita mea*, coniungens animam cum corpore: quare a quo expauescerem? qui separet illa, *Aggredientibus me*, sensu proclii & belli: *hostibus & inimicis meis*, *mibi*, quasi dicat, propter me; vt alibi: dicito de me. (Genes. XX, 13.)
- 2 *Si metentur contra me castra*, magna, & ego sim cum hominibus paucis, *in hoc*, te esse
- 3 lucem & salutem meam, *confido*. *Vnum petii*: interpretatur Aben-Efra, videri sibi Dauidem dixisse Psalmum istum in fine dierum suorum, cum iurassent ipsi viri eius: non ibis nobiscum in bellum: vt videam amœnitatem Iehouæ, vt reuelentur ipsi arcana de opere creatoris, quæ non nouerat hucusque: וּלְבַקֵּר *ibi*, vt compaream ibi quouis mane: & sunt qui interpretan-

- pretantur sensu inquisitionis: vt: ne inquirito. (Leu. XIII, 36.) *Abscondit me in tugurio suo*, ab omnibus inimicis meis; & *tugurium* est Hierosolyma, (f) de qua alibi: cuius tugurium est Salemi. (Ps. LXXVI, 3.) *Iam rupem euehit me*: nam constituit super petram pedem meum. *Iam vero*, per ædificationem templi, (g) *extolletur caput meum supra inimicos meos*: & quod erit post mortem meam, erit hodie: & *maclabo in tabernaculo eius victimas adorea & submissionis*, eo quod fecit habitaculum suum in inferioribus. *Tibi dicit cor meum*: propter te dicit mihi cor meum, & per missionem tuam: (h) *requirite faciem meam*: ideo *faciem tuam requiro*. *Ne declines in ira seruum tuum*: ne deferas me in negotiis mundi huius, quæ sunt ira & indignatio, ei qui iis occupatur. *Auxilium meum fuisti*, in necessitatibus

I

bus

(f) Tabernaculum Dei, quo suos abscondit, nulli loco adstrictum.

(g) Phrasis in genere significat superiorem fieri, vel in pristinam dignitatem asseri. Conf. Gen. XL, 13.

(h) i. e. nomine tuo: *de par toi*, vt Gallus; *da parte tua*, vt Diodati; *deinetvvegen*, vt Iekuthiel atque Athias. Sed non necesse est, vocem, Tibi, ita in alienum sensum detorquere. Simplicissime enim sic vertere licet: Tibi dicit (i. e. proponit) animus meus (illud tuum:) *Quærite &c.* Ita neruose atque eleganter B. Lutherus.

bus corporis; ideo nunc in necessitatibus
 10 animæ, *ne deseras me*: ut alias dicitur de
 pariete inclinata. (Ps. LXII, 4.) *Nam Pa-*
ter meus & mater mea, qui fuerunt causæ,
 vt venirem in hunc mundum, *derelique-*
runt me in morte sua; sed tu recepisti me
 11 semper. *Ideo doce me, Iehoua, viam tuam*,
 porro vt hodie, *propter obseruantes me*, ii
 sunt ofores mei, intuentes me oculo ma-
 12 lo. *Animæ hostium meorum*, desiderio ho-
 stium meorum, & (qui) *spirat violentiam*,
 13 loquitur malum & tendiculum. *Nisi cre-*
derem, nisi credidissem Deo T. O. M. iam-
 dudum insurrexissent in me *testes mendaces*,
 14 meque perdidissent. *Expecta Iehouam*, & si
 non admiserit preces tuas, *itera, ac ex-*
pecta.

Psalms XXVIII.

PSalmus hic est eiusdem cum Psalmo
 præcedente argumenti, quo orat Da-
 uid, vt eum quiescere sinat Dominus
 a laboribus mundi huius, vt sit otiosus ad
 se exercendum in cultu Iehouæ, & vt ac-
 1 cedat anima ipsius ad Deum. *Te, Ieho-*
ua, inuoco: quia Deus T. O. M. est portio
 Israëlis, sicut dicitur: Pars mea Iehoua
 est, inquit anima mea. (Thren. III, 24.)
 Et Irael est portio ipsius, sicut dicitur:
 Quia

- dent: atque ob id *destruat eos*, vt moriantur sine pœnitentia, *nec ædificet eos* pœnitentia. (m) *Benedictus sit Iehoua, quia exaudiuit vocem deprecationum mearum*: hoc dicit more prophetico, quia scit admissurum
- 6
- 7 Iehouam preces ipsius. *Iehoua robur meum*, qui eripuit me ab incolis Nobæ: *in eo confidit animus meus*, illum auxiliaturum mihi, licet sim in periculo magno: & *exultat animus meus*: nam gaudet mens mea, quod, quia iurarunt, me non egressurum amplius in bellum, liber ero a negotiis mundi, vt me exerceam in viis Dei: & *pra cantico meo*, quasi dicat, amplius quam
- 8 cantico meo, *celebrabo illum*. *Iehoua robur ipsius*, Israëlitis, quemadmodum fuit robur vncti sui, cum exirem cum illis ad bellum. *Serua populum tuum*, ab inimicis suis, & *benedic illi in opere manuum suarum*: *eosque pasce*, sicut pastor gregem suum: *ac extolle eos vsque in seculum*, cum in diebus meis, tum post mortem meam: *vsque in seculum*, quasi dicat, usque ad finem mundi.
- 9

Psal.

(m) Verum sic contra voluntatem Dei precatus esset David. Vid. *Ezech. XVIII, 23. & XXXIII, 11*. Id itaque potius orat David, vt, quia resipiscere nolint, Deus eos deleat, nec prosperos esse sinat.

Psalmus XXIX.

I *Psalmus.* Hic Psalmus docet nos, quantum sit sapientiæ in laude DEI T. O.

M. Primo: quia non est similis honor, qui venit a viro honorato, honori venienti a viro alio: Secundo: dando ei laudem secundum res egregias quæ veniunt ab ipso: Tertio: & secundum potentiam eius, pro qua eum timere & reuereri debeat omnis terra. הַבְּנוֹת, significat, date: *fili arietum*, eorum, qui maectati sunt coram eo sicut arietes, Abrahami maectantis, Isaaci maectati: & Raschi exponit: filii principum: ex sensu illius loci: Principes terræ: (2. Reg. XXIV, 15.)

2 *Date Iehoua honorem & potentiam:* id est quod dicunt robur. *Date Iehoua gloriam nominis eius:* id est quod dicunt sanctificatio-

3 nem nominis. (n) *Vox Iehoua supra aquas:*

I 3

hæc

(n) Petita hæc sunt ex Raschio, sed manca & mutila. Quare, vt intelligantur, supplenda quæ desunt. Scilicet ad prima verba Psalmi: *Date Domino, filii fortium:* Raschius annotat: *Hinc est quod dicunt אֲבוֹת:* Deinde ad verba: *Date Domino honorem & robur:* *Hinc est quod dicunt גְּבוּרוֹת:* Denique ad verba: *Date Domino gloriam nominis eius:* *Hæc est sanctitas Nominis.* Quibus addit; suntque in Psalmo hoc-

ce

hæc est scissio maris algoſi: *Deus fortis gloria inſonat ſuper gentibus voce ſua, & perdit eas, & tunc dicunt reliqui de eo, illum eſſe Deum gloriae.* *Vox Iehoua potenter, vox Iehoua magnifice:* nam ex potentia hac cognofcent gloriam eius & magnificentiam, quia non eſt in poteſtate ipſorum, vt ab eo ſe eripiant; neque pugnant cum

ce 18. *אוֹכוֹרוֹת* ſiue memorialia, quorum reſpectu conſtituerunt 18. Benedictiones. Reſpiciunt hæc ad certam Iudæorum orationem, quæ ab 18. Benedictionibus in ea comprehenſis *שמנה עשרה*, vulgo Schmon eſre dicitur, & in Tephilla eorum ſ. Precum Libro extat: & quidem in Edit. *Francoſ.* quæ mihi ad manus eſt, forma 8. Lit. C. 7. in *Amſtelod.* autem forma 12. Lit. B. 12. ſub fin. Agit de hac oratione *Buxt. Synag. Iud. C. V. p. m. 223. ſ. Edit. Germ. Steudner Iud. A B C - Schul, ſ. 184. ſ. p. 350. ſ. Rittangel. in Libr. יצירה p. 65. & G. E. Edzardi Annot. 71. ad C. I. Auoda Sara, p. 217.* Ad huius igitur orationis tres primas Benedictiones alludit *Raſchi* allata explicatione ſua. Prima enim illarum vocatur *Benedictio patrum*, quia in illa patrum mentio iniicitur; altera *Benedictio roboris*, quia celebrat robur Dei; tertia *Benedictio ſanctitatis*, quia ſanctitatem Dei prædicat. Præter hæc illustrationem quoque poſcerent præcedentia, quæ vero, quia non adeo magnam difficultatem habent, nunc mittimus. Hoc ſaltem monemus, id, quod ſub initium de honore affertur, ad filios fortium, i. e. generoſos & potentes, reſpicere.

cum eis gladio & hasta, sed tantum voce
 sua conturbat eos, vt cadant & morian-
 5 tur. *Confringit cedros*: hæ sunt principes
 & fortes: *perfringit etiam Iehoua cedros Li-*
bani: nam voce Iehouæ contritus est
 Assyrius: (Ies. XXX, 31.) & quando lex
 data fuit, populi: (o) quia dictum est:
 nam quæ est vlla caro, quæ audiat vocem
 Dei & viuat? præter Israëlem. (Deute-
 6 ronom. IV, 33.) *Et facit vt exsiliant sicut*
vitulus: innuit cedros & montes, qui ve-
 nerunt tunc, cum daretur lex, & subsi-
 lierunt ritu vituli leuis, quum adhuc est
 paruus: *Libanus & Schirion*, qui sunt duo
 montes in terra Israëlitica, subsilierunt,
 vt *pullus vnicornium*: vnicornis vero est be-
 7 stia, cui est cornu vnum in fronte. (p)

14

חוצב

(o) Videlicet, cum Deus legem Israelitis daturus es-
 set, voce eius adeo percussæ fuerunt gentes omnes
 reliquæ, vt horror tremorque eos inuaderet. *Ei-*
senmeng. Entd. Iud. P. II, p. 243. ex Codd. Tal-
mudd. Schabbath & Seuachim.

(p) Multa nobis Scriptores Latini & Græci, Hebræi
 & Arabes, de animalibus vnicornibus narrant,
 quæ magnus *Bochartus* exposuit *Hieroz. T. I. L. III.*
CXXVI. p. m. 930. fs. Sed vt multa illis narratio-
 nibus insunt fabulosa: ita num vox ראם hic ocur-
 rens vnicorne eiusmodi animal significet, magis
 dubium. Nam Scriptura S. bestia ראם in singula-
 ri

חוצב notat excisionem: & sic dicitur de
 eo, qui excidit cisternas. (Ier. II, 13.)
 flammæ ignis: hæc sunt fulgura. *Dolore*
 8 *afficit desertum*: cum essent in eo serpentes
 similes trabibus trapeti, ipse dolore affe-
 cit illos sicut parturientem, & exterminavit
 eos a terra: (q) *desertum Kadefchi*,
 est mons Sinai, super quo sanctificati fue-
 9 runt Israëlitæ. *Vox Iehouæ dolore afficit*
ceruas, perterret & perturbat in futurum
 gentes, quæ nunc stant in robore, ut cer-
 uæ: & *denudat*: vox hebræa notat de-
 tectionem: vt: denudatione albi: (Ge-
 nes. XXX, 37.) *siluas*: nam quum cadunt
 cedri, denudatur filua: Et *in templo eius*
omnis loquitur gloriam: quando ædificabi-
 tur templum, omnes celebrabunt eum,
 Ioac dicent: *Iehoua ad diluuium sedit*: quasi di-
 cat:

ri alias bina cornua tribuit: Deut. XXXIII, 17. Ipsi
 quoque veteres Hebræi de ea tanquam bicorni lo-
 quuntur. Unde eam potius bicornis capræ spe-
 cimen, aut orygem esse, laudatus Bochartus l. c.
 C. XXVII. p. 948. asseruit: a quo prope R. *Aben-*
esra abesse videtur, qui ad Psalmum XXII, 22. de
 hac fera: *Deicit se*, inquit, *de monte arduo super*
cornua sua, neque franguntur.

(q) Rectius hæc tropice accipiuntur, monente aucto-
 re Michlæ Iophi, qui simile exemplum allegat ex
 2. Reg. III, 19. vbi dicitur: *Et omnem agrum bonum*
dolore afficietis, i. e. vastabit, lapidibus.

cat: ille solus fedit ad diluuium: ita erit
rex in seculum solus: idola vero in totum
transibunt: sed populo suo Dominus dabit vir-
tutem, & benedicet illis pace.

Psalms XXX.

- 1 **P**salms: Canticum dedicationis domus Da-
 uidis: de eo quod non intrauit arca in
 sanctuarium, usque dum veniret ar-
 ca Davidis: Et de hoc dicit Salomo:
 (Psal. CXXXII, 10.) ne auertas faciem
 vncti tui: & hoc est quod ait: dedicatio
 2 domus Davidis. (r) *Extollam te, Iehoua,*
quoniam euexisti me, רליתני idem est ac
רוממתני, neque latitia affecisti hostes meos de
me, qui dicebant, non condonatum esse
mihi iniquitatem cum Bathseba perpe-
 I 5 tra-

(r) Gratis hæc tum de duplici arca, tum de portento,
 quod, Salomone arcam in templum illaturo,
 contigisse narrant, finguntur. Conf. supra Psal.
 XXIV, 7. Fabulam omnem exponit & confutat Ei-
 senmengerus *Entd. Iud. P. II. p. 852. fs.* Quod au-
 tem Psalmus iste *Canticum dedicationis domus Da-*
uidis inscribitur, id alii de templo, alii de ex-
 structo Davidis palatio, alii de domo eius ab Ab-
 salomi fordibus repurgata, explicant. Omnium
 optime mihi coniecisse videtur cel. D. Michaelis
 ad h.l. qui hanc forte Psalmi occasionem fuisse ait,
 quando David, post triduanam pestilentiam,
 arcam templi structa ara & caesis hostiis dedicauerit,

- tratam, tunc vero videbant mihi esse
 3 condonatum. *Iehoua, vociferatus sum ad te, vt parceres mihi, & sanares me, sicut fecisti ac sanasti me ab exitio animæ.*
 4 *Pfallite Iehoua pii eius: eo quod Dauid fuit pius, quia dicitur: pietatem Dauidis: (Ies. LV, 3.) ideo promittit reliquis piis, quod si vsuenerit ipsis, vt contigit sibi, Iehouam erepturum eos: hinc pfallant:*
 5 *nam momentum in ira eius: in ira ipsius tantum est momentum paruum: sed vita in illius beneuolentia, cum beneuolus & placatus fuerit, est vita longa: vespere diuersatur fletus: quasi dicat: calamitas vespere est, quo agatur poenitentia, vt sit mane cantus.* *At ego dicebam in tranquillitate mea: cum essem tranquillus & quietus a figmento malo, cogitabam: non dimouebor in seculum, siue in perpetuum non*
 8 *peccabo. Constitueras monti meo, menti meæ, robur, vires: tu enim stabas ad auxilium meum, ne præualeret figmentum malum, ad capiendam mentem meam: Sed quando abscondisti faciem tuam a me, ad me tentandum, quum fui gloriatus, vt tentares me, fui conturbatus, & præualuerunt inimici mei menti meæ, & peccaui.*
 9 *Quid feci? Ad te, Iehoua, clamaui: nam noueram mihi non esse medelam præter te,*

te, & sciebam, me reum esse mortis in gehenna; *ideo deprecatus sum: Quid lucri erit in sanguine meo, id est, vita? quasi dicat: Quid lucri in vita mea? quum descendam in foueam, si post mortem meam in gehennam descendam: an celebrabit te puluis? quum descendam in puluerem, non laudabo te, nec annuntiabo veritatem tuam: veruntamen quando redibit anima mea*
 11 ad Deum, celebrabo te. *Ideo audi Dominus, & gratiam fac mihi, ne sit ratio iudicii coram me. Conuertisti planctum meum in chorum: & num petii, vt verteres planctum meum in chorum, quasi dicat, ad meam ipsius voluptatem? soluisti cilicium meum: aut, vt solueres mihi sacco, quo accingeres me lætitia, ad meam ipsius*
 12 voluptatem? *Sed vt psallat tibi gloria: hæc est maiestas diuina, (s) sicut dicitur: Et gloria Iehouæ repleuit tabernaculum: (Exodi XL, 34.) ac non conticescat, Iedoua, Deus mi: nam etiam attributum iudicii consentiet, vt auxiliaris mihi, quo in seculum te celebrem.*

Psal-

(s) Michlal Iophi contra ad vocem, Gloria; *Vocatur anima superior ita, quia est gloria corporis & honor eius.*

Psalmus XXXI.

- 1 **P** *Salmus*: Psalmum hunc dixit David,
 2 quum fugeret a Saule. (t) *Ad te, Iehoua, me recipio*: ideo certus sum, me non pudefactum iri: quia dicitur: Israëlfervatur per Iehouam; non pudefietis, neque erubescetis: (Ies. XLV, 17.) *iustitia tua libera me*, non iustitia mea. *Inclina ad me aurem tuam*, ad orationem meam, vt eripias me *cito*, & ne proroges tempus: non peto abs te, vt morte afficias persequentes me, sed tantum *esto mihi rupes firma*, i. e. munimentum, quia exstruunt munimenta in rupe edita: *domus tutissima*,
 4 locus editus. *Deducito me lente. Educito me*: quia illi cogitant, me non posse eua-
 5 dere e manu ipsorum, ideo eripe me: quemadmodum a Doëgo & Goliatho me
 6 liberaſti, ita libera me etiam nunc. *In manum tuam depono spiritum meum*, ne eum hostis capere possit: *Deus fortis*: tu enim es Deus fortis, **לח**, quæ vox significat for-

(t) Christiani plerique hunc Psalmum Christo vindicant, potissimum ob v. 6. quo Christus in cruce animam suam Patri commendavit. Et ex ipsis Iudæis antiquis sunt, qui ad Messiam quædam huius Psalmi retulerunt, quod allato quodam ad v. 20. testimonio probat celeberr. D. Michaelis.

- fortem : *verax* : quia dixisti me regnatu-
 7 rum, ideo præsta verba tua. *Odi eos quæ*
observant vanitates maximas : hæ sunt augu-
 rium & diuinationo, quando proficiscun-
 tur in bellum: *In Iehoua confido*, in eo solo.
 8 *Exultabo & latabor de salute tua*, quam fe-
 ceris mihi *benignitate tua*, quando *aspexeris*
miseriam meam : sunt afflictiones corporis:
 agnoveris *angores animi mei*: 'שׁוֹנֵן est anima,
 9 quæ & ipsa fuit afflicta. *Ac non tradide-*
ris me: Vox hebraica notat conclusio-
 nem: *in manum inimici*: est concupiscentia
 mala occidendi, & *statueris in lato pedes*
 10 *meos*, ne occidar. *Contabescit*, quasi a tinea
 consumeretur, ex significatione illius lo-
 ci: *consumet eos tinea*: (Ies. L, 9.) quasi
 dicat: *erosus est: oculus meus præ mœro-*
re: ideo dixit: *educito me*: nam tu es
 robur: a leone & ab inimico: *anima mea*,
 est anima appetens edendi: & *venter meus*,
 qui colligit cibum: *erosa sunt etiam fa-*
 11 *me & siti*. *Et ossa mea contabuerunt*: etiam
 12 hoc significat, *erosa sunt*. *Omibus hosti-*
bus meis: ex parte omnium hostium meo-
 rum is sum, cui conuicentur & pro-
 brum inferant: *omnibus videntibus me & vi-*
cinis meis valde sum opprobrio, quia sunt
 vicini mihi: & *terrori familiaribus meis*: su-
 per eos, qui cognoscunt me, cecidit pa-
 uor,

- uor, cum audiuerunt de casibus meis:
- 13 *& videntes me foris, aufugiunt a me, sicut homo, qui fugit a re turpi & fastidita, aut lue graui. Obluioni traditus sum, ab omnibus hominibus, vt non recordentur mei:*
- 14 *vt vas perditum, vt vas, quod non delectat, quod, cum perit, non requiritur. Na audio loquelam: ex sensu illius loci: efficiens vt loquantur labia dormientium: (Cant. VII, 9.) ab illis venientem e longinquo: atque etiam terrorem circumquaque eorum, qui confociant se cum concupiscentia mea, vt me in peccatum inducant: ad capiendam animam meam: &*
- 15 *non corpus meum. Ego vero in te confido, te non permissurum me potestati concu-*
- 16 *piscentiæ meæ. In manu tua tempora mea sunt, tempus nascendi & tempus moriendi: quod si vero occiderint me hostes mei, reperietur, tempus esse in manu inimicorum meorum: ideo eripe me ex manu hostium meorum, est Saul, & a persequentibus*
- 17 *me, sunt viri eius. Fac vt luceat facies tua super seruum tuum, ne præualeant mihi, & serua me benignitate tua, ex parte benignitatis. Ne erubescam, ne reuertar inanis a facie tua: Sed erubescant improbi, sileant, conticescant & obmutescant ad mortem.*
- 19 *Obmutescant labia, que loquuntur contra iustum,*

stum, contra me, & contra alios iustos, *durum*, verbum *durum* & graue. Sed Medrasch Ialkut exponit: loquentes *contra iustum*: is est Deus T.O.M. *durum*, sunt res, quas remouit a filiis hominum; idque est opus Mercaba; (u) & illi scrutantur istud, vt efferant se eo: *cum elatione,*

- (u) *Opus Mercaba*, quod collo quasi obtorto huc trahitur, a curru *Ezechieli* C. I. 15. fs. viso ita dictum, est altera Cabbalæ Theoreticæ Inartificialis s. Dogmaticæ Pars, vt b. I. C. *Wolfsius Bibl. Hebr.* P. II. L. VII. C. II. §. VI. p. 1220. docet, ab *Opere Bereschith*, altera eiusdem Parte, ita distincta, vt hæc ad Physicam & naturam rerum perspicendam, illa ad Theologiam & Metaphysicam, pertineat. Quod vtrumque opus, præcipue vero *Opus Mercaba*, cum mysteriis plenum sit, nolunt sapientiores Iudæi, quosuis promiscue, minimeque omnium ostentationis gratia, illud scrutari. Sane mysteria tam abstrusa hic recondita sunt, vt neminem arbitrer certo scire, quid pleraquæ sibi velint; quod vel ex diuersissimis illis de notissima *Arbore Cabbalistica* s. x. *Sephiroth* sententiis atque explicationibus elucet. Vid. interim de *Opere Mercaba*, æque ac *Opere Bereschith*, *Buxt. de Abbreu. Rabbin.* p. m. 142. sub abbreviatura $\text{D}^{\text{m}}\text{D}$; *Hotting. Thes. Philol. L. I. C. II. Sect. I.* p. m. 76. s. *Maius Syn. Theol. Iud.* p. 5. inprimis autem *Carpz. Introd. in Raym. Martini Pug. Fid. C. VI.* p. 20. fs. coll. *Voisino* in *Notis ad Procem.* dicti Libri p. 72. *Addattit Rittangel*, in *L. Jezira*, p. 35. f. & p. 81. it. *Bruckeri Philof. Hist. P. IV.* p. 749. & 764. fs.

ne, & contemptu, & posthabita gloria Do-
 20 mini. *Quam multum est bonum tuum*: impro-
 bi loquuntur dura contra iustos, eo quod
 vident eos debiles in hoc seculo: sed
 ignorant bonum, *quod recondidisti eis* in se-
 culum futurum, atque etiam quæ præ-
 stas eis sæpe bona in seculo hoc, *coram*
 21 *filiis hominum*, ne pudeant. *Abdis eos in*
latebra conspectus tui, quia abscondis fa-
 ciem tuam ab illis, vt homo, qui ab-
 scondit faciem suam ab odio sibi: (x)
ab importunitatibus hominum, ab elationibus
 eorum: quo sensu dicitur: & elata in pla-
 nitiem siue vallem. (Ies. XL, 4.) At Ra-
 fchi interpretatur de conspirationibus
 improborum, qui colligant se vel con-
 spirant in vnum ad malefaciendum: jux-
 ta illud: & *alligarunt pectorale*. (Exo-
 di XXXIX, 21.) *A iurgio linguarum*, a
 22 contumelia multorum. *In urbe munita*,
 Ceilæ, (y) sicut dixit Saul de me: Con-
 clusus est, quandoquidem ingressus est
 in oppidum portis munitum & repagulo.
 (1. Sam.

-
- (x) Sensus potius videtur esse: Occulto tuo favore,
 quem mundus ignorat, eos respicis ac protegis.
 (y) Quid necesse est, de Ceila speciatim hic cogita-
 re? Aptius auctor *Michlal Iophi* ita sensum expri-
 mit: *Fui munitus gratia eius, ac si fuisset in urbe*
munita.

23 (1. Sam. XXIII, 7.) *Equidem dicebam in trepidatione mea, quum exirem Ceila in desertum Maon, & trepidatione concussus essem: excisus sum, גרוזי est pro גרוזי litteris transpositis: at Radak interpretatur id ex voce גרוז, securis, & de excidio.*

24 *Diligite Iehouam, modo imperatiuo: fideles tuetur Iehoua, ab omnibus hostibus eorum, & remuneratur על יתר, propter electionem, (z) qua seipfos humilibus præferunt: faciens res magnificas, vt humiliet atque deprimat eos: mensuram pro men-*

25 *sura. Confirmamini, & fortificabit animum vestrum: sicut vidistis, illum fecisse mihi, seruando me, quod spem in eo ponebam: ita faciet omnibus spem in eo collocantibus.*

Psalms XXXII.

I **D**avidis Institutio. Psalmum hunc dixit Dauid per interpretem: & sic omnes Psalmi, in quibus dicitur: Institutio. (a) *Beatus leuatus delicto: cuius Deus T. O. M. aufert iniquitates, operit-*
K que

(z) Iekuthiel: Vnd bezalt übervolutig. Sic cum b. Luthero plures.

(a) Æque incertum hoc est, ac cum alii dicunt, significare משכיל instrumentum musicum pullatile, vel initium carminis cuiusdam tum noti,

que peccata. Et AbenEsra interpreta-
 tur de faciente poenitentiam, quia rece-
 dit ira Iehouæ ab eo, nec apparet pecca-
 2 tum eius. *Cui non imputat Iehoua iniquitatem,*
 יחשוב notat supputationem vel imputa-
 tionem: & *dolus* idem est ac *fraus*: quasi
 dicat: qui facit poenitentiam corde inte-
 gro, non dolose, vti qui dicit: peccabo
 3 & ad frugem redibo. *Quum silerem,* כי
 est idem ac כנאשר: & dicit: quando filui,
 & reputaui apud meipsum iniquitatem
 meam: *inueterarunt ossa mea*, propter mul-
 4 tas sollicitudines: *in rugitu meo*: rugiui enim
 sicut leo extollens vocem propter sollici-
 tudinem poenarum. *Nam interdum & noctu*
grauis erat super me manus tua: nam sollici-
 tus eram de plaga tua, ne mulctares me
 supplicio magno, sicut delictum meum
 fuit magnum: *vertebatur succus meus*: hu-
 mor meus, *in siccitates*, vt fieret pinguedo
 mea sicca, & arida vsque adeo, vt exare-
 ficeret sicut æstus æstatis: sicut æstas ex-
 5 siccat omnia, ita ego arefactus sum. *Pec-*
catum meum declaro tibi: licet tu scias occul-
 ta, nihilominus illa confiteor, vt ne ope-
 riam illa: & dicit, peccatum meum, re-
 spectu illius: cuius tectum est peccatum:
 & *iniquitatem meam non tegam*: respectu il-
 lius: cui iniquitatem non imputat: *inquit-*
bam:

6

7

8

(b)

dicis mihi : *Erudiam & docebo te*, viam,
 quam ambulaturus es : *consulam tibi oculo*
meo, dabo tibi consilium, quod vidi oculo
 9 meo per meipsum. (c) *Ne estote ut equus*
aut mulus, cui opus est freno & lupato :
cuius bucca constringenda est, cuius os con-
 stringere opus est : & יָרֵי idem est ac
 maxilla eius : vt alibi : *faturans bono os*
tuum : (Ps. CIII, 5.) *non aggredietur te*, non
 poterit accedere ad te, vt te mordeat.
 At vos intelligentes estote, & recedite
 ab operibus vestris malis, & propitius
 10 erit vobis. *Multi dolores sunt improbo*, qui
 confidit in multitudine facultatum sua-
 rum, & non respicit ad Deum fortem,
 nec animaduertit iniquitates suas ma-
 gnas : *sed qui confidit in Iehoua*, eum *gratis*
cinget : contrarium improborum, quos
 11 cingent dolores multi. *Gaudete in Iehoua*
iusti : qui non peccant, illi lætantur, quod
 non superuenturus est ipsis morbus : nam
 qui sanat eos est Deus, qui remouet ab
 illis omnem morbum : & *exsultate*, & *can-*
tate,

(c) Coniungit hic auctor duas explicationes diuer-
 sas, quæ seiungendæ erant. Altera est *Raschi*,
 quæ Deo; altera *Kimchi*, quæ Dauidi verba huius
 versus tribuit. Sed commodius Deo assignantur,
 vt sit quasi responsum, quod ad præcedens *Dauid*
 dis alloquium redditur.

tate, omnes recti animo, cuiuscunque mens est proba.

Psalmus XXXIII.

- I** **O** *Uate iusti.* Psalmus hic dictus est de exulibus, qui vident in exilio angustiam & longitudinem, ne scrutentur providentiam diuinam. *Ouate iusti*, qui faciunt iustitiam, idque non ante ordinem iudicii: (d) *Ouate*, at non de iustitia vestra, sed tantum de Domino: nam salutes Iehouæ sunt etiam salutes Israël: *de Iehoua*: כ est loco lamed, pro לה: *probos decet laudatio*: נאה pro נאה, quasi dicat: iustis & probis bonum est ac pulchrum ouare & laudare: illi enim intelligentes sunt & prudentes facti Iehouæ, & operum manuum ipsius. *Celebrate Dominum cithara, nablio, decachordo*: cithara sanctuarii fuit septem chordarum, K 3 quia

(d) Immo vero ante ordinem iudicii. Omittendum enim est לה. Sensum phraseos *Fagius Comment.* in *Pirke Auoth* C. VI. ad §. I. in *Surenhusii Mischna* P. IV. p. 485. explicat, at ita, ut non צדיק iustum, sed חסיד pium, ea describat: Pius est, inquit, qui facit aliquid, antequam hoc illi faciendum in iudicio decernatur, &c. *Conf. Buxt. Lex. Talm.* p. 2354. qui tamen p. 1761. aliquantulum a se diuersus est.

quia dicitur: copia gaudiorum: (Ps. XVI, 11.) ne legas: שובע sed שבע: Messiae vero (cithara) est octo (chordarum,) quia dicitur: Præcentori super octava: (Ps. XII, 11.) & cithara seculi futuri erit decem chordarum, quia dicitur: super deca-chordo: (Ps. XCII, 4.) (e) nam instrumenta musica excitant mentem sapientia. *Cantate ei canticum novum, semper renouate ei canticum, optime pulsate cum clangore: quasi dicat: manu & ore operam*
 3
 4 *date, vt ipsi canatis. Nam rectum est verbum Ichoua, quia scripsit in lege: Et facies bonum & rectum: (Deut. VI, 18.) & omne opus eius fidele: quasi dicat: in creditum, non statim: nam hodie facienda sunt, & cras accipienda merces eorum:*
 ideo-

(e) Bella vero demonstratio! Ita quiduis ex quouis efformes, inprimis si Scripturæ verba, instar ceræ, pro lubitu fingas & inflectas: vti pro שובע fatietas Ps. XVI, 11. hic iubetur legi שבע septem. Sed ita solent Rabbini, vt, quod volunt, probent, atque ingenii fecunditatem ostendant. Vid. hac de re Buxtorff. de Punct. Antiq. & Orig. p. 96. Is. Hotting. Thes. Philol. L. I. C. II. Qu. IV. p. m. 213. f. Vojsin Obs. in Procem. Martini Pug. Fid. p. 70. col. 2. f. Wagenseil. in Sota C. I. p. 68. Eisenmengeri Entd. Iudenth. P. I. p. 449. Ceterum alia ex commutata illa lectione Psal. XVI, 11. exculpsit vetus auctor Medrasch Tebillim in h. l. f. m. 13. col. 4. Quid enim ita non eliciatur?

- 5 ideoque laudat probos, quia dicit: *re-
ctos decet laus. Amat iustitiam & iudicium:*
nam modo exercet in mundo iustitiam,
- 6 & modo iudicium: Sed *benignitas* præva-
let & implet terram. *Verbo Iehouæ cæli
facti sunt: vt: Dixit Deus, in opere Bere-
schith: & spiritu oris eius omnis exercitus eorum:*
ex singulis enim verbis, quæ egressa sunt
ex ore Dei T. O. M., creatus est angelus.
- 7 *Congerit quasi cumulum aquas maris, etiam hoc
est ex beneficiis Dei fortis, quod congrega-
uit aquas, & collegit eas in vnum locum,
vt fieret siccum: & commemorat initio
terram, & deinde cælos, & postea ma-
re, nec commemorat sphæram aëris &
ignis, sed tantum rem visibilem oculo: &
vox cumulus eadem hic, quæ illo loco:
Steterunt sicut cumulus, & erat murus:
(Exod. XV, 8.) condit in thesauris abyssos:*
vtiturque voce thesauri, quia non pos-
sunt egredi inde sub terra: *Timeant a Iehou-
ua omnes terræ: æquum est, vt timeant ab
eo omnes incolæ terræ: & ait: omnis ter-
ræ: iuxta illud: & omnes terræ abierunt
in Ægyptum: (Genes. XLI, 57.) & me-
tuant ab ipso. Nam ipse dixit, & factum
est, voluntate & beneplacito, non vlllo
instrumento: ipse iubet & existit: sicut*
- 10 præcipit in consilio suo, ita existit. *Ir-*

rum facit consilium gentium : licet omnes gentes sint in consilio vno, ille irritum facit consilium eorum : prohibet : impedit : vt : Et prohibuerit Pater eius illam : (Numeror. XXX, 6.) eo quod cogitationes eorum sunt dare gloriam diis alienis, quae erat consilium seculi diuisionis. (f) Consilium vero Iehouae, benefaciendi Israëlī, licet cunctetur, nec statim veniat, in sempiternum durat, nec tollitur : & cogitationes animi eius, vt non repellat a se expulsum : (2.Sam.XIV, 14.) in aetates alias atque alias : nam reuoluit animas ab aetate alia ad aliam, vsque dum possint se corrigere.

12 (g) Quare beatus populus ille, cuius Iehouae Deus

(f) Sic vocant Hebraei tempus, quo diuisae & confusae sunt linguae in aedificatione turris Babylonicae. Ita explicat Buxtorff. *Lex. Talm.* p. 1734.

(g) Haec est illa reuolutio vel transmigratio animarum, graece μετεμψύχωσις, quam Iudaei statuunt. Putant enim, hominum animas in alia atque alia corpora, nec ea solum humana, sed etiam in feras, aues, insecta, pisces, plantas, lapides, aquam, aliaque inanimata, denique in ipsos diabolos, migrare : Quod pro diuersis peccatis diuersae fieri, & non nisi ab insignibus iustis, vt Daniele & Dauide, euitari posse, docet *Is. Luria*, qui de *Reuolutionibus animarum* ex instituto scripsit, fol. 36. col. a. fs. Edit. Hebr. Francof. & ex versione ill. Rosenrotbii, Cabb. Denud.

Deus est, quem elegit in hæreditatem sibi
 Seculo diuisionis, quum demisit septua-
 ginta angelos septuaginta populis, Israël
 13 autem ipsi in hæreditatem cessit. (h) *De*
calis intuetur: non vt gentes quæ dicunt:
 densæ nubes sunt latibulum ipsi, nec vi-
 14 det. (Hiob. XXII, 14.) *Ille fingit simul cor eo-*
 15 *rum*, omnes animas simul creauit ille so-
 lus; (i) ideo animaduertit omnia eorum
 K 5 facta:

Denud. T. II. P. II. p. 415. fs. Multa quoque de hoc
 argumento collecta reperiuntur in *Talkut Chadasch*
 f. t. *Neschamoth* f. m. 130. b. fs. *Conf. Eisenmeng.*
 P. II. C. I. p. 23. fs. & *Bruckeri Philos. Hist.* P. IV.
 p. 590. f. Illam tamen animarum transmigratio-
 nem non a solis ludæis, sed Ægyptiis quoque,
 Chaldæis, & omnibus fere populis orientalibus,
 tum Pythagoræis & Platonis, adsertam, constat:
 cuius doctrinæ natales ingeniose explicuit illustris
Moshemius in Cudworthi Syst. Intell. p. 48. f. not. 6.

(h) Quomodo hoc contigerit, enarratur in *Pirke R.*
Eliefer, C. XXIV. f. 12. col. 3. ad quæ etiam prouo-
 cat auctor נ"ו in h. l. *Conf. iterum Eisenmeng.* P. I.
 C. XVIII. p. 805.

(i) Animas omnes simul intra Hexaëmeron creatio-
 nis, eiusque primo speciatim die, a DEO creatas
 esse, Hebræorum magistri tradunt. Sed id tan-
 tum de animabus Israëlitis, numero 600000., in-
 telligendum. Ceteris enim hominibus non alia
 est anima, nisi qualis bestiis est. Et ipsi Israëlitarum
 ad annum vsque ætatis 13. non alia nisi tali gau-
 dent

facta: Et in Rosch Hasschana differitur,
 vna vice eum animaduertere & videre
 omnia illorum facta, quando transeunt
 16 coram eo sicut agni. (k) Et en rationem,
 quod omnia prouidentiae eius subsint:
 nam ecce rex non seruatur multitudine copia-
 rum, licet sint ei copiae multae: nec potens
 eripitur praestantia virium: nam ecce Sanhe-
 ribum occiderunt filii eius gladio; & Go-
 liath, qui erat robustus, cecidit manu
 Dauidis: hinc videt homo, omnia esse a
 17 Deo T. O. M. Fallax est equus ad salutem:
 sicut dixit: Tune equo robur dabis?
 (Hiobi XXXIX, 19.) scilicet vt dedi ego:
 18 neque magnitudine roboris sui eripit fessorem
 19 suum. Enimvero timentes Domini, & exspe-
 ctantes benignitatem eius, eos eripiet & tue-
 bitur Deus fortis a copiis ingentibus: vt
 eripiat e morte animam eorum, in bello.
 Quare

dent anima: tumque demum, si Legi studeant,
 anima vitae digni habentur. *Ialk. Cbad. f. t. Nescha-*
moth f. n. 130. col. 4. f.

(k) Haec ex *Tractatu Talmudico Rosch Hasschana*, qui
 est VII. Ordinis II. *Moëd*, petita sunt. Verba *C. I.*
Misch. 2. ita habent: *In principio anni omnes homines*
transeunt coram eo vt oves. Idque ex praesente *Psal-*
mi nostri versu probatur. Vid. ea de re fuse disse-
 rentem *Houtingium in Surenh. Mischna T. II. p. 312.*
fs.

Quare quia videmus timentes Iehouæ,
 in eoque confidentes & sperantes, eripi:
 ideo *anima nostra prestolatur Iehouam: auxi-*
lium nostrum est, respectu exercitus ingentis,
& scutum nostrum, respectu regis, vt:
 scutum nostrum aspice, o Deus. (Psal.
 21 LXXXIV, 10.) *Nam in eo gaudet animus*
noster, quum eripit nos e malo: videmus
 enim, salutem nobis euenire, quemad-
 modum *in nomine sacro eius confidimus.* Et
 22 respectu timentium eum inquit: *Latatur*
animus noster: benignitas tua, & speramus in
te: respectu sperantium in benignitate
 eius.

Psalms XXXIV.

1 **D**avidis, *quum immutauit sensum suum,*
 animum, scientiam, intellectum
 suum, *coram Abimelecho:* at ille erat
 Achis? Verum cognomen erat omnibus
 regibus Philistæorum Abimelech, sicut
 cognomen omnibus regibus Ægypti fuit
 Pharao: atque is *expulit illum,* nec curate
 inuestigarunt, num mentis compos esset:
 ideo Iehouam laudat, quippe non ne-
 scius, ab eo factum se esse stultum, ne
 agnoscerent ipsum, neue cogitarent de
 robore ipsius, ex quo esset stultus: & *abiit:*
 quia

- quia abibat sine timore, ac si non metueret; ideo cogitabant eum mente motum esse. *Gratias agam Iehoua omni tempore, & in secunda fortuna, & in aduersa, siue sensu polleam, siue commutem eum. Et immutauit quidem sensum coram Abimelecho; sed coram Deo T. O. M. non immutauit sensum suum: saltem gratias, inquit, agam Domino omni tempore: nam semper facit mihi signa: ita ait corpus: & anima dicit: iugiter laus eius erit in ore meo: De Iehoua iactabit se anima mea, quod ipse hanc mentem indidit Abimelecho, vt me eiiceret, nec in me inquireret: audient mansueti liberationem meam, & latabuntur: at non superbi, qui eum odio habebant. Magnificate Iehouam mecum: petit ab illis, vt auxilio sibi sint ad magnificandum Iehouam; aut dicit corpori & animæ: extollamus nomen eius pariter. Quæsiui Iehouam, & audiuit me, non vero stultitiam, quam feci: & ex omnibus paucibus meis me eripuit: vox hebraica מורוּת notat terrorem, vt: terrores vindique. (Thren. II, 22.) (Qui) intuentur eum & conflunt: נהרוּ significat accursum: vt alibi: Confluent vel accurrent ad eum omnes gentes: (Ies. II, 2.) quasi dicat, vt accurrant ad eum festinanter instar flumi-*

- fluminis: & vultus eorum non erubescant, non pudefient, velut dicitur: & pudebit lynam. (Ies. XXIV, 23.) *Iste miser inuocauit: loquitur de seipso: erat enim tunc miser: & Iehoua exaudiuit, per seipsum, quia pauperi ad dextram adstat. (Ps. CIX, 31.)*
- 8 *Castra metatur angelus Iehoua circa timentes eius: quando hostes sunt circa eum, vt illum malo afficiant, angelus castra ponit circa eum, vt ipsum tueatur, ne eum attingant. Gustate, scilicet corde, & videte,*
- 9 *visu oculi: & inuenietis, bonum esse Iehouam, & beatum virum qui ei confidit. Timete Iehouam sancti eius, isti sunt qui abdicant desiderium seculi huius: nam non est penuria timentibus eum: quia ipse erat inter Philistæos illa vice, non fuit, qui daret ei panem; sed quia timebat Dominum,*
- 11 *non defuit ei esca. Iuuenes leones, filii hominum, qui similes sunt iuenculis leonibus, dum ex raptis plerumque viuunt, penuria laborant: רשׁו a voce רשׁ, eguit, pauper fuit: At quærentes Iehouam, qui non quærent panem nisi a Domino, non egent &c. & sunt qui tradunt, viros Achisi eum fame macerasse, quum illum comprehendissent, sed Iehouam ei operi tulisse, velut Eliæ. Agite filii: לכו notat*
- 12 *itionem: pertinet ad alacritatem in opere*
- re

re agendo ciendam : & dicit : *fili* : quia illis opus est institutione : *reuerentiam Iehouæ docebo vos* : qui voluerit esse cultor

13 Iehouæ, eum docebo timorem. *Quis est vir ille, qui delectatur vita, & diebus, vt videat in illis bonum, in seculo hoc & in seculo futuro? contine linguam tuam a*

14 *malo &c.* quia maior est pœna obtreactionis, quam idololatriæ : nam propter peccatum in vitulo commissum non ob signatum fuit decretum iudicii ipsorum, sed quum peccauerunt ore suo, (1) quia

15 dicitur : *Fatigastis Iehouam verbis vestris.* (Malach. II, 17.) *Recede a malo, ne transeas præcepta negatiua, & fac bonum, hæc sunt præcepta affirmatiua: require pacem, in loco tuo, & sectare eam, in loco alio: Et Radak exponit, docere nos hic de sermone, & de cogitatione, &*

(1) Respicitur hic ad *Numer. XIV.* vbi videantur, quæ *Raschi* ad v. 33. annotavit. Ceterum quam graue obtreactionis crimen Iudæis habeatur, præter alios *Maiemonides* quoque docet, in *Iad Chaf. P. I. C. VII. n. 3. f. 16. Col. 1.* vbi, *Aiunt Sapientes, inquit, tres præuaricationes vindicantur in hominem hocce seculo, nec participem fieri sinunt seculi futuri: Idololatria, incestus, & effusio sanguinis: Sed lingua mala, i. e. calumnia vel obtreactio, equiparatur illis vniuersis.*

& de opere: *Contine linguam tuam a malo,*
 ne loquatur malum de filiis hominum,
 idque complectitur testimonium falsum,
 & maledictionem patris, & similia: & *la-*
bia tua, ne loquantur fraudulentem, ne loqua-
 16 ris aliud ore, aliud corde. *Recede a malo,*
 ne facias malum: idque in genere sunt
 omnia præcepta negatiua, quæ ad fa-
 ctum pertinent. *Oculi Iehoua ad iustos:*
 nam si inuocant eum, audit clamorem
 eius, & eripit eum ex angustia ipsius.
 17 *Facies Iehoua:* eo quod indignatio con-
 spicitur in vultu, ideo hoc illam innuit:
 vt alibi: Et ponam faciem meam contra
 virum istum. (Leu. XX, 5. Ezechiel. XIV,
 18 8.) *Clamarunt ad Iehouam,* quum resi-
 piscerent ab improbitate sua, & *Dom-*
 19 *nus exaudiuit.* *Propinquus est Iehoua fractis*
animo: veruntamen non erit liberatio
 per Iehouam, *nisi sint ex contritis spiritu,*
 20 qui sunt supra fractos animo. *Liberat,*
Iehoua per seipsum. Et qui sunt illi
 contriti spiritu? *Multa sunt mala iusti:*
 nam eueniunt ipsi calamitates multæ,
 & persistit in iustitia sua, & suscipit eas
 cum amore: *ex omnibus illis eripit eum Ie-*
 21 *houa,* per seipsum. *Seruat omnia ossa eius,*
 Deus T. O. M. seruat illa, quia sunt fun-
 22 *damenta corporis.* *Perimit mala res im-*
 pro-

probum, vna perimit eum: & qui oderunt
 iustum, euertentur: Vox hebraica innuit de-
 23 solationem. *Vindicat*: improbi machi-
 nantur illis malum, sed Deus fortis vin-
 dicat eos: & ait: *animam*: quia illi cogi-
 tabant tollere animam eius: *at non di-*
sperdentur vlli, qui habent in eo fiduciam.

Psalmus XXXV.

PSalmum hunc dicit Dauid respectu
 duarum cateruarum, eorum, qui in-
 surgebant in ipsum: alii, potentia &
 brachio; alii, moliendo ipsi dolos per
 improbitatem, dum vocabant eum in
 1 ius: ideo dicit duabus vicibus: *Contende,*
Iehoua, cum iis, qui contendunt mecum: op-
pugna eos, qui me oppugnant. Contende, Ieho-
ua, cum iis, qui contendunt mecum: hi sunt,
 qui agebant cum eo iudicio: & *oppugna*
oppugnantes me, qui stant contra me in
 2 *acie. Prehende scutum & clypeum*: nam
 clypeus & scutum, quæ capio ad bel-
 lum, non sunt fulcra mea, quibus nitar,
 quin te nitor, vt meprehendas: & *והחוק*
 3 innuit comprehensionem. *Et exfere, eo*
 sensu, quo dicitur: *exferam gladium*
meum: (Exod. XV, 9.) & praecludo, præ-
cludendo ipsis viam, ne assequantur
 eum,

- eum, quum persequuntur: at Michlall
Iophi exponit de armis insignibus inter
arma bellica, quæ vocantur סגור, (m)
quemadmodum aurum purum vocant סגור:
dic anima mea, bono illam nuntio bea,
& dic ei: ne expauescas a quærenti-
4 bus vitam tuam, nam *salus tua sum. Agan-*
tur retrorsum, reuertantur retrorsum, quum
5 obuiam ipsis ibis gladio & hasta: *& eru-*
bescant, furgant cum pudore. *Sint instar*
aceris, est palea, quæ contegit triticum,
quamque ventus dissipat, vt non sit ei
locus, vbi tantum requiescat: *Angelo Ie-*
houe dispellente, vt dissipetur vnusquis-
que, adeo vt non amplius inueniatur.
6 *Sit via eorum tenebricosa*: eo quod in tene-
bris sunt opera eorum, ideo fit via eo-
rum etiam caliginosa, vt nesciant, qua
via fugiant: *& lubricissima*, vt in lubrico
versentur pedes eorum: estque ex voci-
bus duplicatis, vt illa: fufca: (Cant. I, 6.)
sique hæc omnia sint, non poterunt ire
7 commode: nam *angelus Iehoue persequitur*
eos. Nam sine causa, quia non est iniuria
L in

(m) Videtur sane hæc vox eadem esse cum *sagari*,
securi Persarum bellica, quam commemorat *Xe-*
noph. Cyropæd. L. I. C. II. in celeberr. Gesneri Chre-
stom. Græca, p. 66. Et ipsa vox latina *securis* hinc
originem traxisse videtur.

in manibus meis, *abdiderunt mihi fossam retis sui*: quia *foderunt* foueam, & operuerunt os eius reti, vt transirem illam, nec animadverterem, & inciderem in eam: & חנה proprie est fossa: *foderunt fossam*
 8 *anima mea*, mihi ipsi. *Superveniatur ei*, unicuique, malum, *tumultus stupendus*, vt obstupescat omnis audiens de eo, *nec opinanti*, vt non animaduertat malum, quod superuenit ei, ne inde possit euadere: *ad tumultum cadat in illud*: vox שואה notat tumultum repente ortum, vt: a tumultu improborum, quum aduenerit. (Pro-
 9 uerb. III, 25.) *Et anima mea*: indicat animam superiorem, & vocatur anima, eo
 10 quod ei est alligata: *exsultet in Iehoua*, quum videt casum eorum. *Omnia ossa mea dicant, Iehoua!* nam omnibus ego laudo te: capite, applicandis phylacteriis; (n) collo, obductione veli; capillo, obfer-

(n) *Phylacteria*, Hebr. תפילין sunt duo lora coriacea, quorum alterum Iudæi preces facturi capiti, alterum brachio sinistro alligant, vna cum membranula, capsulæ vtrinque inclusa, quæ 4. commata biblica, sc. ex Exod. XIII, 2. 5. Deut. VI, 4. 13. 14. 15. inscripta habet. *Velum* vero, Hebr. שליט ipsi *Talles* dictum, est illud, quo Iudæi preces & sacra facturi caput & collum obuelant. Illa a pluribus describuntur, atque aere expressa representantur:
 vt

feruando illud: ne circumcidite latus capitis vestri: (Leuit. XIX, 27.) corde meo, dum recondidi sermonem tuum: (Pf. CXIX, 11.) & oculis meis, secundum illum locum: & videbitis illud: (Numeror. XV, 39.) atque ea est ratio omnium membrorum. *Quis est par tibi, eripiens?* nam eripis afflictum, qui est affectus bonus, a valentiore eo, qui est affectus malus: *miserum & egenum a depradante ipsum*, etsi deprædator est maior illo. *Insurgunt in me testes iniurii:* qui in Israële eum perosi erant, & petebant ab ipso opes testimonio falso: & quia non possunt os perfricare, (inquit) quia ego scio illos mentiri, ideo, *quod ignoro, repetunt a me*, dicendo: Pater tuus debebat mihi. Enimvero hac in re non est impudentia adeo enormis; sed ea demum est impudentia, quod *rependunt mihi malum pro bono*, quod exhibui illis, *orbitatem anima mea*, quærent tollere animam meam. *Atqui ego, ægrotantibus illis*, quum vnus ex illis ægrotaret, dolore afficiebar, & induebam cilicium, meque afflictabam propter illum, vt sanaret eum

L 2

Deus:

vt a Lundio Jud. Heiligth. L. IV. C. XIV. p. 798. fs. Wa-
genheil. Sot. p. 397. Surenhus. Mischna, T. I. Cod. I.
P. 9. Schneider Bibl. Lex. P. I. p. 756. f. a. Denckmabl.

Deus: & preces mea, quas faciebam pro
 14 illis, in sinum meum redibant. Quasi socius,
 quasi frater, mihi esset, sic me gerebam, pe-
 rinde ac si fuisset frater meus & prox-
 imus meus, incedebam afflictus de ipsis
 propter afflictionem eorum: *tanquam lu-
 gens matrem*, sicut luget filius matrem su-
 am demortuam: nam magis luget homo
 matrem suam, ex qua in utero eius for-
 matur, quæue ipsum lactat, & educat,
 eique educato necessarium cibum & po-
 15 tum parat: *pullatus humi serpebam*: incede-
 bam incuruatus atque atratus: Vox ista
 hebraica innuit nigredinem, uti lugens
 vestes indutus est pullas. *Me claudicante*,
 quum ego claudico, etueniente mihi ca-
 lamitate, *latantur & congregantur, coeunt in
 me mutili*, homines viles, claudi, quemad-
 modum Targum נכה reddit חגירה: *me qui-
 dem ignorante*, cur congregent se contra
 me, ad capiendum ex afflictione mea
 gaudium: neque enim retribuui ipsis ma-
 lum: *diducunt os suum*, præ multo gaudio,
ac non silent, & non cessant illudere mihi:
 at auctor Romemoth El interpretatur:
Lacerant cor meum ea re: nec est discrimen
 inter discissionem istam, & inter
 discissionem quæ fit reuera, nisi in eo
 quod addit, ולא דמו quod non dat fan-
 gui-

- 16 guinem. (o) *Inter hypocritas sannarum vel sanniones placenta, homines hypocritas, & sanniones placenta: in quorum oculis subfannatio est sicut placenta edenti eam:* (p) & אִיִּם idem quod נָאִי: *frendendo in me dentibus suis, frendent contra me den-*
 17 *tibus suis. Domine, quamdiu aspicies, quousque aspicies afflictionem meam? Reduc animam meam a tumultibus eorum, a strepitu & commotione eorum: a iuuenibus leonibus unicam meam, qui sunt sicut iuvenes leones ad rapiendam unicam meam: uni-*
 18 *cam meam, id est, animam meam. Celebrabo te in cætu ingenti, quum eripueris me*
 19 *ab ipsis, laudabo te palam. Ne latentur de me, amplius, qui mihi falso sunt hostes, odio me habentes frustra: ut: næ ego falso conseruavi: (I. Sam. XXV, 21.) id quod significat frustra: ניחאֵתֵּן עֵינַי, no-*
 L 3 tat

(o) Allusio potius hæc est ad vocem דָּם sanguis, quam verus vocis sensus. Nam מָוֹךְ nihil aliud significat, quam, quiescunt aut tacent. Nihilominus tamen *Athias*, vel potius *Josel Wizenhausen*, qui versionem ab *Athia* editam concinnauit, argutum hunc sensum expressit: *Wenn man mich schon hätte zerrissen, so wäre kein Blut heraus gegangen. Contra tribulis eius Iekutiel: Sie reißen (ihre mäuler) auf, und schweigen nit still.*

(p) *Simplicius cum Raschio aliisque interpretibus: qui gulæ causa adulantur.*

tat frequentem motionem oculorum ad
 subsannandum & contemnendum, vt si
 quis concidat & frangat illos, vt cum
 dicitur: concidens labia sua. (Prouerb.
 20 XVI, 30.) *Non enim pacem loquuntur,* de
 me, quemadmodum dicunt de iusto: re-
 quiescat pax, veniat pax: & *in quietos ter-*
ra: notatque h̄y idem, quod D̄y: & *quieti*
terra illi sunt, qui habitant in quiete pin-
 gues, & tranquilli: (q) *res fraudulentissi-*
mas excogitant, quasi dicat: hypocritæ &
 sanniones cum improbis crassis & secu-
 ris machinantur mihi res fraudulentissi-
 21 mas. *Contra me os suum,* risu & sermone,
 quum vident me exulare alio atque alio
 loco: & dicunt: *Euge, euge, videt oculus no-*
ster, quod cogitabamus: & *euge* innuit
 lætitiā, & duplicatio magnitudinem
 22 gaudii. Verum scio, *quod vides, Domine:*
at ne conuicias, quo minus laxes iram
 tuam

(q) Ita quidem *Michlal Tophi.* Sed nihil opus est, h̄y
 in alienam trahere significationem, dummodo per
 quietos terræ non improbos sed pios intelligas,
 cum *Chaldeo,* qui ita vertit: & *contra iustos terræ,*
qui quieti sunt in hoc mundo &c. *Raschi* pariter h̄y
 in consueta significatione retinet; sed quietis terræ
 contritos terræ substituit. Ita quoque *Athias:*
Die verstossene von der Erd. Ceteræ versiones pe-
 ne omnes de quietis loquuntur.

- tuam in illos: *Domine, ne longe absis a me:*
 atqui vides omnia, ideo ne conniueas.
- 23 *Euigila & expergiscere:* ne sis sicut dormiens, sed excita familiam tuam (r) ad vindicandum me ab inimicis meis: *Deus mi & Domine mi, ad litem meam:* neque est mihi iudex alius qui agat causam meam.
- 24 *Iudica me secundum iustitiam tuam:* tu enim nosti, mecum esse veritatem, sed cum ipsis mendacium & nequitiam: & ne la-
- 25 tentur de me amplius. *Ne dicant apud animum suum: Euge!* ne apud animum suum quidem dicant, euge! & ne dicant: ab-
- 26 sorbuimus & perdidimus eum. *Pudefiant & erubescant simul,* quemadmodum coierunt contra me vna ad lætandum, ita pudefiant simul: *extollentes contra me os*
- 27 *suum. Ouabunt & letabuntur volentes iustitiam meam,* i. e. rectitudinem meam, & quod conueniens est mihi: *dicentque iugiter: magnificetur Iehoua:* iugiter laudabunt Deum fortem de me, & dicent: *delectatur pace serui sui:* is est Dauid, cuius delectabatur pace, quemue eripuit ab inimicis
- 28 ipsius. *Et lingua mea enunciat iustitiam tuam:* si illi laudaturi sunt Deum fortem de me, quanto magis linguam meam decet,

L 4

(r) Per familiam, Hebr. פמליא, coetus angelorum significatur.

cet, vt enunciet iustitiam tuam? *toto die laudem tuam*, quemadmodum illi eam prædicant semper.

Psalms XXXVI.

IN hoc Psalmo reuelat occulta concupiscentiæ malæ, (s) & quomodo improbus per eam capiatur. *Magistro Symphonia serui Iehouæ*: (ita se appellat,) eo quod commemorat eos qui præuaricantur & rebellant in Numen reuerendum, & dicunt: quis est Dominus nobis? at non ita Dauid, qui dicit se esse seruum Iehouæ. *Dicit præuaricatio improbo*: hæc est concupiscentia mala, quæ dicit improbo: *in intimo cordis mei*: ego dico in medio corde meo, præuaricationem, quæ est concupiscentia mala, improbo dicere: *non est pauor Dei coram oculis eius*: vt non timeat, ne sit Deus respiciens ad hu-

(s) Hebr. familiari Iudæis vocabulo dicitur צר הרע *figmentum malum*, quod, qua hora homo in lucem prodeat, eadem ipsi accedere arbitrantur. Qua de re si quis mentem Iudæorum penitus perspicere velit, adeat cl. G. E. Edzardi *Cod. Berach. C. I. not. 27. p. 165. fs.* & cl. Schoettgenii *Hebr. Diff. IV. adiecta*, quæ agit de *Lucta Carnis & Spiritus*, secundum disciplinam veterum Hebræorum, p. 1178. collatis iis, quæ ad *Rom. VIII, 13. p. 529. f. annotauit.*

- 3 humiles. (t) *Blanditur enim sibi*: loquitur sibi blanditias: חַנּוּן לְבָבִי proprie notat glabritiem, vt quum dicitur: & ego vir sum glaber: (Gen. XXVII, 11.) quasi dicat: quod speciosam sibi reddat iniquitatem: vt inueniat Deus T. O. M. deinde
- 4 illam, vt eum odio prosequatur. *Et verba oris eius vanitas & fraus*: nam etsi bene loquatur ore suo, tamen in animo eius est vanitas & fraus: & blanditiis sermonum suorum facit, vt *cesset improbus intelligentiam adhibere*, & accipere castigationem, ad recte instituendam viam suam.
- 5 *Vanitatem cogitat in lecto suo*: noctu: nam lectus est locus cogitationis, quoad homo vigilat. *Persistit in via non bona*: Deus T. O. M. proponit ipsi viam bonam & viam malam: sed ille eligit sibi haud bonam, nec est tempus, quo fastidiat malam: & dicit: *persistit*, quia facit sibi stationem & firmitatem in sua rapina. *In*

L 5

caelis

(t) Sensus intricatior. Ita autem explicatio erit, si veritas: Dicit (i. e. testatur) praëuaricatio improbi vel de improbo, in medio cordis mei. Sic *Anglus*: *The transgression of the wicked saith within my heart*. Similiter *Gallus*: *La transgression du mechant me dit au dedans du cœur*. Et *Diodati*: *I misfatti dell' empio mi dicono dentro al cuore*. *Protopo-*
pocia.

- 6 *cælis est benignitas tua*: ꝛ inferuit loco particulæ ך: & auctor Romemoth El exponit: *in cælis benignitas tua*: is est mundus animarum, vbi est benignitas tua ad reddendam mercedem: & *fides tua*: respicit corpus, quod credit absque respectu tribuendæ mercedis: *ad nubes æthereas*, vsque ad refuscitationem, quum rore fluent nubes ætheræ. (u) (Ies. XLV, 8.) *Vt montes Dei*, montes excelsi: ita est mos linguæ, quum vult extollere aliquid: (x) *Iustitia tua instar montium altissimorum*: iustitia tua est sicut montes DEI validi, quo homo pertingere nequit: ita *iudicia tua* sunt instar *abyssi magna*, quæ est profunda, vt non videatur: *homines & iumenta*: quasi dicat, illum iudicare omne quod se mouet, iuxta illud: ab omni bestia reposcam illum. (y) (Genes. IX, 5.) *Quam pretiosa est benignitas tua, Deus!* quam exhibes filiis hominum, quum sese ad *umbram alarum tuarum* recipiunt: & vox ך adhibetur ad rem extollen-

(u) Longe quæsitæ explicatio.

(x) Proprius tamen significatus neque in his sine necessitate est deferendus. Conf. Gen. I, 2. cum Ps. XXXIII, 6.

(y) Atqui non est hic sermo de iudicandis sed seruandis hominibus & iumentis.

lendam: nam benignitas, qua æquas populos improbos & bonos, tantum est in seculo hoc: sed in benignitate seculi futuri non erit improbis pars, & illa benignitas est pretiosa a Domino. *Uerissime explebuntur*: ירפין ad formam ירפין:

(Deut. VIII, 13.) *pinguedine Domus tua*, id est seculum futurum: nam dicunt sapientes nostri p. m.: Quicumque fame se macerat propter verba legis in seculo hoc, eum Deus T. O. M. faturat in seculo futuro: porro ait, עדתך, non עדתך, quo docet, omni iusto futuras delicias intra seipsum: (z) & dicit: *de torrente deliciarum tuarum*, quia erunt deliciae copiosæ
 10 *instar torrentis. Nam penes te est fons vitæ*, vitæ animæ superioris, vt non moriatur: *in luce tua videmus lucem*: quia nulla res in mundo luce magis æstimabilis: &
 11 est substantia, nec tamen corpus. *Ex-tende benignitatem tuam*, משוך notat extensionem, eaque est benignitas seculi huius: *in eos qui te noscunt*: ii sunt sapientes, qui operam collocant in lege & præceptis, & sapientia diuina: vt non sit illis, quod prohibeat eos, vllum ex negotiis

(z) Quia scilicet plurali numero, non singulari, res effertur.

- 12 gotiis mundi huius. *Ne aggrediatur me pes superbi, ne accedat mecum pes improborum istorum, eo tempore quo accipitur merces in seculo futuro: (a) & ne manus improborum moueat me, e loco meo: moueat me: sensus est: quum veniam ad possidendum duplum, portionem meam & portionem eius (improbi) in bono: sicut dictum est: in terra eorum duplum hereditario iure possidebunt. (Ies. LXI, 13 7.) Et tunc ibi cadent operantes iniquitatem, ibi intelligent casum suum, quum videbunt se cecidisse ibi, quemadmodum ceciderunt pridem malefici, & ibi impellentur, ut surgere non possint.*

Psalms XXXVII.

- 1 **C**anticum hoc congruit cum carmine præcedente, quasi respondeat D. T. O. M. Dauidi ad petitiones eius. *Ne te commisceas: Vox hebraica notat similitudinem & commixtionem: (b) maleficus: verum*

(a) Latina versio nostra rem hic satis explicat, ut glossa Raschiana opus non sit. De violenta aggressionem sermonem esse, ea quæ sequuntur, firmant. Et cetera quoque, quæ Raschi subdit, hic aliena sunt.

(b) Quasi scilicet תתחר sit a תחרה, quod occurrit *ler.*

verum longe discede ab illis: & ne inuideas facientibus iniquitatem, quum videbis
 2 felicitatem eorum. Nam sicut gramen, est
 olus tenerum: vt: olus & cepas: (Num.
 XI, 6.) (c) cito succidentur: Vox hebrai-
 ca significat excisionem: & sicut viriditas
 herba: hæc est herba, non radix: mar-
 cescent: quum radix subsistit & remanet in
 terra, germinat deinceps; at improbi
 3 erunt sicut herba marcescens. Sed confide
 in Iehoua: & ne dicas: nisi furatus nec
 prædatus fuero, & dederò stipem ege-
 no, qua re tolerabo vitam? & fac bo-
 num; inhabita terram, & pascere fide: si pasce-
 ris

Jer. XII, 15. & XXII, 16. Sed nondum significatio
 miscendi, quam huic verbo vulgo tribuunt, ita
 explorata est, vt dubium supersit nullum. Et se-
 quens verbum תקנא suadet, vt a חרה, quod
 cognatæ significationis est, illud potius deriuemus.
 Equidem egregius auctor Michlal Iopbi deriuatio-
 nem eius uerbi a תחרה certam esse arbitratur ex
 patachatione illius, siue quod תחרה ante ultimam
 Patach habeat: si enim radix ejus esset חרה, ad
 formam תחרה Deut. II, 9., foret Kamez, vt in illo.
 At vero salua res est. Namque opponere ei pos-
 sumus verbum יחגל Gen. IX, 21. Quare verita-
 mus cum aliis: Ne succenseas maleficis.
 (c) At Num. XI, 5. non videtur vox חציר quodvis
 olus in genere denotare, sed oleris certam quandam
 speciem, quia aliis olerum speciebus interposita
 est. Vulgo possum interpretantur.

ris fide, habitabis in terra omnibus die-
 bus vitæ tuæ. Radak autem interpre-
 tatur: *Incole terram*: quocunque loco ha-
 bitaueris in terra, pascere fide, doceto mul-
 4 cet filios hominum, pascit eos. (d) *Et*
 5 *oblecta te in Iehoua*, oblecta te deliciis su-
 per fulcro Dei T. O. M. *Deuolue super Ie-*
houam viam tuam, deuolue super ipsum
 omnes necessitates tuas: & *confide in eo*,
 6 & non in alio: & *ipse faciet*, & perficiet
 cuncta. *Et proferet tanquam lucem iustitiam*
tuam, & manifestabit mundo iustitiam
 tuam, sicut lux omnibus manifesta est:
 & *ius tuum tanquam meridiem*: quemadmo-
 dum meridies est robur lucis, ita cogno-
 scet vniuersus mundus, in iustitia & iudi-
 cio

(d) *Intentioni Spiritus S.*, inquit cl. *Dachselius* in *Bibl. Hebr. Accent.* in h. l., maxime conueniens esse videtur, duos imperatiuos posterioris Hemistichii per Futura explicare: *inhabitabis terram*, & *pascere fide*, siue veritate promissionum diuinarum &c. Quam interpretationem etiam suadent in hoc Psalmo versiculi 9. 11. 27. 29. *Coll. Matth. V, 11.* Consentit cel. *Schultens Animadv. Philol.* in h. l. dum, *Seriei textus*, inquit, *conuenientissimus videtur hic sensus: Tunc habitabis (in quiete, ut vis verbi fert) terram, & pascere secure.* Radix *יָדַן*, pergit idem, non tantum veritatem sonat, sed & securitatem, ut *Arabum יָדַן*.

- 7 cio esse vias tuas. *Tacitus respice Iehouam, & indefinenter expecta eum: Vox hebraica innuit expectationem: ne misceas, ne commisceas te improbo, quum illum prospere agere videbis, & ne discas de operibus eius.*
- 8 *Desiste ab ira: si irritet te, eo quod sit diues, nec tu similis sis illi, ne accendatur ira tua: & omitte excandescantiam, omitte rem, quæ tibi accersit indignationem DEI T. O M. ne misceas: ne commisceas te cum illo, vt simules erga eum amorem atque bonum, & in animo*
- 9 *tibi sit, ei malefacere. (e) Nam mali excinduntur: quia semen eorum excindetur: expectantes vero Iehouam, persistent post*
- 10 *eos, & possidebunt terram. Et adhuc paululum expectato, & videbis, non esse improbum, & locum eius, in quo erat, considera,*
- 11 *& non (exstabit.) Sed mansueti, qui sunt in humilitate coram improbis, illi hereditario iure possidebunt terram, post eum: & oblectabunt se amplitudine pacis: nam quum pereunt improbi, pax & gaudium est in*
- 12 *mundo. Machinatur improbus iusto: impro-*

(e) Non exstat in fonte ꝑ ei. Itaque rectius cum *Iun. et Trem. vertas: Saltem ad malefaciendum: vel cum Castellione: vt quidem malefacias. Gallus: Au moins pour malfaire. Belgæ: Immers (niet) om quaet te doen.*

- probus meditatur scelera contra iustum, ut malis eum afficiat, & si videat se posse se facere, *frendet in eum dentibus*: quasi dicat: deprehendi te: Sed improbus nescit, Deum T. O. M. *ridere ipsum*: parabolice dictum: ille enim scit futura, & videt, *aduenire diem eius*, diem exitii eius.
- 13 *Gladium strinxerunt improbi*: Scilicet productio gladii e vagina ipsius nominatur פתיחה: at Michlal Iophi exponit sensu expoliendi & acuendi, ut: gladius acutus. (f) (Ps. LVII, 8.) *Gladius eorum penetrabit cor ipsorum*: nam Iehoua reddet eis secundum opus ipsorum. *Præstat tennue iusto*: nam iustus lætatur de exiguo quod ipsi est de mundo isto: *quam copia improborum multorum*: nam improbi copia & multitudine opum suarum non lætantur, sed plura expetunt, nec saturantur in

(f) Ut præcedens, quæ Kimchii est, sententia vitiose expressa est: ita etiam ista, quæ auctori Michlal Iophi tribuitur, explicatio mentem eius non rite indicat. Sic enim habet: *Interpretatur id R. Iona sensu expoliendi & acuendi, ut illud: חרב פתיחה (Ezech. XXI, 33.) & המה פתיחות (Ps. LV, 22.) At non opus est: Sed significat educationem gladii e vagina ipsius, velut פתוח דicitur de educatione vincii ex vinculis eius & dimissione illius: ut: Vinculos suos non dimittebat domum. (Ies. XIV, 17.) Et: Occludit viro ut non aperiatur vel dimittatur. (Hiob. XXII, 14.)*

- in perpetuum : Raschi vero ita exponit :
 Pauci viri, qui erant cum Abrahamo, *res*
gessere felicius, quam viri multi, qui erant
 17 Amrapheli & sociis eius. *Nam brachia im-*
proborum, quibus tendunt arcus suos, *con-*
fringuntur : quasi dicat : non erit robur in
 manibus eorum, & in brachiis illorum ad
 faciendum malum iusto : *at Iehoua sustentat*
iustum, ne cadat a pauore improborum.
 18 *Novit Iehoua dies integrorum*, cognoscit opus
 dierum ipsorum : (g) & *possessio eorum*, ac-
 ceptio mercedis eorum ab ipso, *in seculum*
 19 *futura est*, in seculum futurum. *Non erube-*
scunt tempore mali : est pestis, aut bestia ma-
 20 la, aut bellum. *Nam improbi peribunt*, tem-
 pore famis : *vt pretiosum agnorum*, est adeps
 agnorum, quae offertur super excelsis al-
 taris, *vt consumantur igne*, & *in fumo*, ita
consumantur inimici Iehouae momento vno.
 21 *Mutuatur improbus*, *sed non reddit* : enarrat
 de moribus turpibus, qui sunt in impro-
 bo : quod mutuatur, non reddit ; quanto
 minus dat de suo ? *Sed iustus miseratur atque*
largitur de suo ; nec opus est dictu, eum
 22 quod mutuatur, reddere. *Nam benedicti*
ab illo hereditario iure possidebunt terram : quo-
 M niam

(g) Michlal Iopbi significantius : *Agnoscit & pro-*
uidet illis in bonum,

niam sunt benigni & dant, addit Deus fortis eis diuitias & honorem: at *maledicti ab illo*, qui ne reddunt quidem, quod mutuo accipiunt, *excidentur*, ex seculo hoc
 23 & ex seculo futuro. *A Iehoua gressus viri*, qui uincit operibus suis bonis improbum: firmat Iehoua gressus eius, & *via eius deletatur*, vt in omnibus negotiis suis prospere agat. *Si cadit*, ex facultatibus suis, (h) casu, *non deiicitur* in terram: quia *Iehoua sustentat manum eius*, & quod ei immittit, est ritu castigationis & amoris: sed improbus, quum cadit, excinditur, nec futurum est, vt resurgat. *Puer fui*, etiamque *consenui*: explorauit hoc in iuuentute & in senectute mea: & *non vidi iustum derelictum*, omnino, ut quaereret panem & vestem: vti dicitur: nam non te derelinquam: (Ios. I, 5.) & *semen eius paruum non derelinquet Deus fortis merito eius.* (i)

Quo-

- (h) Si in quascunque calamitates inciderit. Nullus enim casus aduersus hic excluditur.
- (i) Temere hoc modo verba traiciuntur. Recte autem haecenus, quod ex praecedentibus verbum, derelinquere, repetit, atque ad semen vel progeniem iusti trahit. *Athnachus enim indicat, emphatice verba quaedam ex priori membro in posteriori esse repetenda*: vt monet cl. *Dachsel. Bibl. Accent.*
 ad

- 26 *Quotidie miseretur iustus miserorum, & commodat illis: & semen eius, id quod ille seminat in stipem, tandem euadet in benedictionem.* (k) *Recede a malo: haec sunt praecepta negatiua: & fac bonum: haec sunt praecepta affirmatiua: habita, idem ac habitabis. Nam Iehoua amat ius; ideo non derelinquet pios suos: & in aeternum custodiuntur, ipse et semen eius: idque est contrarium improbi: is enim & semen eius excindetur.* *Iusti hereditario iure possidebunt terram: haec est terra vitae, quae est in aeternum & in perpetuum. Os iusti meditatur initio in corde suo sapientiam, ut videat, quod decreuit lex circa omnem rem: & postea lingua eius loquitur ius. Non vacillabit ullus gressuum eius: vox hebraea innuit labefactionem.* *Speculatur improbus iustum: quum videt iustum secundis rebus uti, & se cadere, intendit oculos, ut eum sceleris accuset coram principe, ut illum perimat, ut eum princeps morte afficiat.* (l)

M 2

Sed

- ad h. l. Recte igitur ita veritas: Et non vidi iustum derelictum: neque semen eius quaerens panem: (scilicet vidi derelictum).
- (k) Minus coactum fuerit, si vocem seminis eodem sensu, quo versu praecedenti, de progenie iusti capias.
- (l) In genere significatur, improbum occasionem,

mo.

- 33 *Sed Iehoua eum non peraget reum, quum iudicabitur, coram principe, sed exibat innocens & iustus ab illo. Expecta Iehouam*
- 34 *semper, & audi eruditionem eius: & euehet te ad possidendam terram, & videbis, everti improbos: ut non sit ipsis, ubi consistant.*
- 35 *Vidi improbum ferocem, & valentem, & magis magisque fortunatum, ac virentem, vel humentem: (m) sicut arbor indigena virens: quasi habens ramos multos est il-*
- 36 *le, cui est familia copiosa. At praeteriit, cito perit ipse, & opes eius: & quaerebam eum, sed non inueniebatur, neque locus eius inuentus fuit, usque adeo confectus erat*
- 37 *ipse & semen eius. Sed observa integrum, aduerte mentem tuam ad opus viri integri: & aspice virum probum: perpetuo enim vi-*
- 38 *debis finem eorum esse pacem. Sed quod ad defectores & improbos attinet, finis (eorum) excindetur: nam quod ad iustum, etsi initium non est ipsi, extremum tamen illi est: sed improborum finis est ad excinden-*

modum, & praetextum quaerere, iustum perimendi. Sequens tamen versus explicationem illam specialem commendat.

(m) Praestat omnino significationem virenti tenere. Nam Arabice *ערוה* iuxta *Golium Lex. Arab.* p. 1568. est arbor perennis semper virens.

39 dendum. *At salus iustorum est a Iehoua,*
 qui est *robur eorum tempore angustiae*, ideo
 40 non impingent in seculum. *Et succurrit*
eis, eosque liberat; vidimus illum liberasse
iustos multos: atque ita liberabit eos in secu-
lum, eo quod fiduciam habent in illo: & re-
petit rem multis vicibus, ideo, ne sedu-
catur quisquam a prosperitate improbo-
rum.

Psalmus XXXVIII.

1 **P**salmum hunc composuit Dauid, vt
 eo ceu precibus vteretur quiuis con-
 tritus morbis & angustia animae suae,
 idque *ad commonesaciendum*, ad indican-
 dum omni homini fracto & contrito, vt
 2 oret illo. *Ne in excandescencia tua arguas*
 3 *me, & ne in ira tua castiges me. Nam sagit-*
tae tuae: hae sunt castigationes, quae in-
star sagittarum sunt: descenderunt in me:
 vox hebraea innuit descensum: Raschi
 vero exponit: proiectae sunt: & signifi-
 catio vocis נחת respondet tensioni arcus:
 & *descendit super me manus tua, plaga tua,*
 infirmitates & dolores, vt sagittae. (n)

M 3

Nor

(n) Ex significatione supra ad Ps. XVIII, 34. not.

c) verbo נחת assignata ita hunc versum transfero:

Nam

- 4 *Non est integrum in carne mea :* תמימות *idem est*
 ac תמימות : *nec est pax in ossibus meis :* etiam
 ossa mea , quae sunt robustiora carne ,
 non sunt illaesa : *propter saeuitiam tuam &*
 peccatum meum : *nam tenetur homo pro-*
 5 *bare iudicium. Nam iniquitates meae trans-*
gressae sunt caput meum , tanquam aquae , in
 quibus demergitur homo : *grauiores sunt*
prae me , non est in me robur , vt eas per-
 6 *feram : neque enim in me sunt opera bo-*
na , quae cum illis appendam. (o) Foet-
tuerunt : vt : non foetuit : (Exod. XVI,
 25.) *& computruerunt :* computruit , &
 contabuit cutis super eis , *prae multitu-*
 dine puris : *propter stultitiam meam :* quod
 7 non seruaui viam Domini. *Distorqueor ,*
 a multis morbis , *distorqueor corpore ,*
 & *incedo depressus & incuruatus :* *toto die*
pullatus incedo , obscurus & atratus : *toto*
 die , *nec est mihi requies vllis horis inter-*
 8 *diu. Nam ilia mea sunt plena foeditate :* in
 cogitatione mea ego sum vilis , in meis
 ipsi-

Nam lagitae tuae armatae vel instructae sunt in
 me ; & armas contra me manum tuam , vel , &
 armat se contra me manus tua.

- (o) Putant enim , bona opera expiare peccata. Verum
 vel opera ipsa bona , quae facimus , non sunt acce-
 pta , sed abominabilia : vt Kimchi ad Ies. LXIV , 5.
 obseruat. Qui ergo bona opera expiare possint ?

- ipfius oculis : & *ilia mea* : ea funt coniun-
 cta renibus fub lumbis : Radak autem in-
 terpretatur fenfu adufti igne , ut fit ar-
 9 dor morbi. *Debilitatus fum* , dum aegroto :
 cuius verbi vfus eft illo loco : defecit ani-
 mus eius : (Genef. XLV , 26.) *rugio* , vo-
 ce mea , *prae fremitu animi mei* : quia cor
 meum fremit propter morbum , & pro-
 10 pter anguftias. *Domine coram te foleft to-
 tum defiderium meum* , vt forte viuam , non
 11 coram medicis. *Cor meum circuitat* , cir-
 cumdatum eft moerore : סחרחר est ex
 12 vocibus duplicatis , vt ירקרק . *Amici & pro-
 ximi mei e regione plagae meae fubfiftunt* : illi
 qui videntur mihi amici tempore com-
 modi fui , quum plagam mihi obuenire vi-
 dent , non perfeuerant apud me hora op-
 preffionis , fed ex aduerfo confiftunt , nec
 mihi opem ferunt , & *propinqui mei* , qui
 13 fimulant fe propinquos. *Et tendunt* , tan-
 quam tendiculam , animae meae , verbis
 fuis : *quacrentes animam meam* , vt eam per-
 dant : *loquuntur aerumnas* : ifta vox notat
 afflictionem & res malas : *meditantur* : idem
 14 eft ac חשבו , cogitant. *At ego* , quod eft de-
 fectus in corpore , fum , loquentibus ipfis ,
ficuturdus , qui non audit , quia non re-
 fpondeo ipfis : ii que funt Ifraëlitae , qui au-
 diunt

diunt opprobrium suum a gentibus, nec
 15 respondent. Et sum *tanquam is, in cuius ore*
non sunt redargutiones, ut proferat argu-
 16 *menta, ad disceptandum cum litiganti-*
 17 *bus. Et cur? Etenim in te Iehoua spem ha-*
beo, te liberaturum ac seruaturum me ab
 18 *ipsis. Nam dixi: si responderimus illis*
duriter, ne forte videant casum nostrum,
 & laetentur, vacillantibus pedibus no-
 stris, & dicant: nonne vos iactaueratis
 19 de salute uestra? *Namque ad claudicationem*
paratus sum: nam paratus sum, ut sim
 claudicans, & parati atque assueti sumus
 20 plagis. Ideo anxius sum, *quia iniquitatem*
meam indico: cor meum indicat mihi ini-
 quitatem meam, propterea angor & ti-
 21 meo de peccato meo. *Inimici autem mei*
uiuunt & vigent: ego in dolore meo; at
 illi in vita valentes & bene habentes: &
frequentes sunt qui oderunt me iniuria, illi qui
 22 odio me prosequuntur immerito. Ae-
 quum quidem foret, ut me amarent, quia
 eis benefeci, at illi *reddunt mihi malum pro*
bono: aduersantur mihi, eo quod sector bonum,
 eo quod nos adhaeremus Deo T. O. M.
 & praeceptis eius. (p) Ideo *ne derelin-*
 quas

(p) Haec ex mente Raschi, qui hunc Psalmum de Israë-

quas me, & ne longe absis a me, sed sis propinquus clamori meo.

Psalmus XXXIX.

- 1 **P** *Salmum* hunc dixit Dauid, eumque tradidit Ieduthuni, cantori: at Raschi arbitratur, etiam fuisse instrumentum musicum, cui nomen fuerit Ieduthun. (q) *Dixi: obseruabo vias meas, conuersationem meam & vitae rationem: ne peccem lingua mea, ne loquar, quod non rectum est, propter anxietatem & aegritudinem meam: constringam os meum capistrum: vt: non capistrabis bouem triturantem: (Deuter. XXV, 4.) tantisper dum improbus erit coram me, quando me visitatum venit, ne laetetur de me. Obmutueram*
- M 5

Israëlitis in praesenti exilio degentibus temere exponit.

- (q) Non diserte huic sententiae subscribit Raschius. Aliter porro *AbenEsra*, qui existimat poemata fuisse illa aetate notum, quod vel ipse Ieduthun vel alius in illius laudem composuerit, eique carmini initium fuisse לידותיו. Sed vtrique sententiae videtur aduersari, quod arguit, Psalmum hunc traditum fuisse Ieduthuni, sacrae musicae praefecto, de quo cum ex 1. Paralip. XVI, 41. 42. XXV, 1. 3. 2. Chron. V, 12. constet, quid opus est ad aliena dilabi, de quibus nil quicquam constat?

- tueram taciturnus* : nomen, notat silentium: *filii a bono*, etiam a verbis legis, propter metum eorum: & *dolor meus incrudescbat*: licet turbatus essem prae dolore, obturabam tamen os meum, ut nec bonum loqueretur, ne praeoccuparet os meum malum.
- 4 *Incaluit cor meum* : usque adeo incaluit cor meum, ut in meditatione mea ignis arderet : atque ita, quando locutus sum lingua mea : estque pleonasmus. (r) Et hoc est in causa, ut dicamus : *Ostende mihi Iehoua finem meum*, quousque futurus sim in angustia : ut sciam, quam cessans ego sim, quando simus cessaturi ab ea : AbenEsra vero sentit, חרל esse quasi חרל, quamdiu permansurus sim cum incolis mundi. (s)
- 6 *Ecce in palmos dedisti dies meos*, innuit paruitatem instar palmi : & *aeuum meum*, dies senectutis nostrae, ceu nihil coram te : vocis חרל significatio cognoscitur ex cognata

(r) Est potius locutio discretiua & emphatica, quam mere pleonastica. Alia enim est loquela animi interna, alia externa linguae. Quam posteriorem ut indicaret, ait : Locutus sum lingua mea. Sic in aliis.

(s) Optime a חרל cessauit, desit, vox quae in textu est, deducitur, & significat quasi desibilem, cessabilem, si ita loqui liceat, vel, latiniori voce, caducum.

ta חלורה ruga (t): *profecto tota vanitas totus est homo: omnis vita hominis & status eius est vanitas: statum est, Sela: Status eius sic est in perpetuum, vt non mutetur.* **7** *Omnino in caligine ambulat homo, in tenebris ambulat omnibus diebus suis, quia nescit diem mortis suae: & חלם notat tenebras lingua arabica (u): profecto in vanum tumultuantur, ad vanitatem ipsi strepunt, ad colligendas opes: & ille congregat quidem opes sensim, sed nescit, quis eas sit collecturus atque elaturus ex domo eius post mortem ipsius: Raschi autem exponit, respicere ad prouentum in agro, quem congregat quotannis, & nescit, quis illum sit collecturus, si forte **8** moriatur ante collectionem. *Sed iam, quum ego sum in morbo meo, quid sperem?**

(t) חלורה non est vox biblica, sed demum ex חלר efficta. Vnde significatio huius vocis ex illa haud bene cognoscitur. Significare autem videtur חלר ex Arabica lingua, collatis, quibus occurrit, locis, durationem, mansionem, aeuum.

(u) Verum sane hoc est, si ad radicem illam respicias, cuius prima littera est Tsa, siue ט puncto insignitum & blaesum. Sed retineri quoque potest vilitata Hebraeis significatio, qua vox illa imaginem notat. Sensus is est, quem expressit *Castellio: Adeo imaginariam vitam ducit homo.*

rem? non est spes mea nisi in te, & non
 9 in medicis. Et quid petam abs te? *Ex delictis meis libera me: & ludibrio stulti, qui est Esauus, ne me exponere: sed immitte etiam ipsi plagas & dolores, ne possit mihi dicere: Vos plectimini, at nos non plectimur.*
 10 *Nam tu fecisti, qui immisisti nobis calamitates plures quam omnibus popu-*
 11 *lis. (x) A timore manus tuae, a metu plagae tuae: תגרה: explicandum ex illo:*
 12 *Et timuit Moab: (y) (Num. XXII, 3.) ego confectus sum. In reprehensionibus propter iniquitatem, reprehensionibus scriptis in lege de iniquitatibus nostris, iisdem castigasti nos: & depastus es more tineae, putrefecisti carnem nostram, sicut vestem quam corrodit tinea: desiderabile illius: caro, quae est desiderium ipsius: profecto*
 13 *vanitas: desiderabile eius est vanitas: Se-*
 13 *la. Audi orationem meam: postquam ac-*
 ce-

(x) Sublesta hypothesis Raschii, qua ubique in Psalmis, licet omnia reclamant, exules Israelitas crepat, & Esauum simul subinde in scenam producit, quo nomine homo impurus Christianis conuiciatur.

(y) Forma vocis non patitur, ut a גור deriuetur, sed vult, ut eam deducamus a גרה, commiscuit se, confligit, cum aliquo; adeoque תגרה conflictum significat.

cepero reprehensionem meam, & pertu-
 lero castigationem tuam, audi orationem
 meam, & purga me a transgressionibus
 meis, & sana me: *quia peregrinus sum apud*
te: nam homo est in terra vt peregrinus,
 quia non est statio eius loco vno: & vo-
 catur etiam *inquilinus*, quia habitat in
 mundo, quasi in eo sit in longitudinem
 14 dierum. (z) *Desiste a me*, desine a me:
 vt: desistite a me (Ies. XXII, 4.) *vt re-*
creem me & corroborem: vti dicitur: re-
 creatio mea: (Ierem. VIII, 18.) *antequam*
abeam in sepulchrum.

Psalmus XL.

1 **P**salmum hunc dixit David, vt eum
 dicat aegrotus, postquam conua-
 2 luit, & reddat laudem Iehouae. *Constan-*
ter expectaui Iehouam, & inclinauit ad me,
 qui inclinauit aurem suam ad orationem
 meam: At Raschi opinatur spectare ad
 Aegyptum (a): *constanter expectaui Ie-*
 ho-

(z) Vel potius, quia in aliena terra vel domo ha-
 bitat.

(a) Quam lubrica sit haec sententia, contortissimae
 Raschii glossae ad sqq. versus satis arguunt. Sed
 nec prior opinio locum habet. Nam singulare
 sub.

- houam in Aegypto: & inclinauit mihi aurem suam. *Et eduxit me voragine vastissima, e vinculis Aegypti, atque ex vastitate strepitus eorum: e luto coenoso: hoc est mare: confirmauit gressus meos: firmauit gressus & passus meos. Et indidit ori meo canticum nouum: hoc est canticum maris.*
- 3
- 4
- 5
- 6
- 7
- 8
- Neque respicit ad superbos: hi sunt Aegyptii, & vox hebraica notat elationem, vt cum dicitur: efferent se puer: &c. (Ies. III, 5.) & declinantes ad falsitatem, declinantes a via recta ad falsitatem cultus alieni.*
- Mirabilia tua & cogitationes tuas erga nos: propter nos creasti mundum tuum: nobis fidisti mare, & retardasti nos in deserto quadraginta annos propter Amorrhaeos, qui succiderant arbores, quum audiissent, Israelitas terram ipsorum possessuros (b): propter cogitationes tuas*

subiectum vniuersus Psalmus prodit. Neque tamen in *Dauidem*, nec in *Ieremiam*, nec in *Danielem*, omnia huius Psalmi quadrant, nec aliud subiectum demonstrare possunt Iudaei, cui singula ex asse conueniant: inprimis v. 7. 8. 9. Quid igitur aliud superest, quam vt asseramus, de *Messia* agere hunc Psalmum? cuius rei testem, omni exceptione maiorem, habemus Apostolum *Paulum: Hebr. X, 5. Is.*

(b) Repugnat hoc e diametro codici sacro, in quo
Deus

- tuas erga nos, *nemo est aestimandus ad te*: non est comparandus tibi ullus rex aut seruator: ערוך est ab ערך aestimauit: *indicabo & eloquar*: si accessero ad indicandum & enarrandum: *numerofiora sunt quam*
 7 *ut enarrem. Sacrificium & fertum noluisti*, ea hora, qua data fuit lex (c): sicut dictum est: non praecepi patribus vestris de holocausto & victima: (Ierem. VII. 22.) *aures perfodisti mihi*: fecisti eas concauas ad audiendum. (d) *Tunc*, hora, qua

Deus plane aliam longe in deserto morae causam allegat: Num. XIV, 28. Is.

(c) Immo vero sacrificia per se & nude considerata, atque ex opere operato tantum oblata, nunquam voluit Deus, qua de re passim voluntatem suam testatus est. Necessse est igitur, ut ad aliud aliquid hostiae V. T. spectauerint. Id autem quid sit, non solum in libris N. T. docemur; sed V. quoque T. codex id indicat, cum *Messiam* diserte **זבח** i. e. sacrificium pro reatu, appellat: *Ies. LIII, 10.* eumque **לכפר עון**, ad expiendam, tanquam sacrificio expiatorio, iniquitatem venturum praedicit: *Dan. IX, 24.*

(d) Haud recte cel. *Breithauptius*, egregius alioquin *Raschii* interpres, hic eius verba legisse ac exposuisse videtur. Namque illa sic interpretatur: *fecistis concauitates ut audiretis*: & in nota subiecta nescio quae instrumenta concaua fingit, quae Israelitae

rae

qua data fuit lex, dixi: faciemus & audiemus. (Exod. XXIV, 7.) ecce venio: in volumine libri: scripsisti de me rem istam in lege Mosis. Et lex tua est in mediis visceribus meis: omnis cibus meus est secundum legem tuam: non comedi bestiam immundam & fructus nondum decimatos. (e) Praedicaui iustitiam in coetu frequenti: dixi canticum ad mare, canticum ad puteum, canticum Deborahae: labia mea non contineo, non cohibeo: Domine tu nosti:

tae fecerint, ut eo melius vocem Dei (ex monte Sinai) perciperent. Legit itaque דְּבָרַי : Sed legendum est: דְּבָרַי : sunt enim non verba Dei, sed ad Deum. Rectius itaque mentem Raschii expressit auctor דְּמַגְרִים in h. l. qui ita habet: Obren hast du gegraben zu mir, und hast sie mir hol gemacht. Sed quia hoc dictum Messiae est, id ita intelligendum, quod Deus Pater filium suum servum fecerit, ex Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17. id quod Apostolus Hebr. X, 5. cum LXX. alia phrasi, sed eodem sensu, expressit: qua de re confertur b. I. C. Wolffius Cur. Phil. ad Hebr. l. c. quamvis ille, ob exiguas quasdam & facile tollendas difficultates, allatae expositioni aliam praetulerit.

(e) Quam ineptit hic Raschius! Magis sobrie haec explicat Michlal Iophi ad haec verba: In mediis visceribus meis: Quasi dicat, inquit, in medio corde meo: nam cor est e complexu vel genere viscerum.

- nosti* : quid meditetur cor meum , nec
11 praeter te quisquam. *Iustitiam tuam non*
tego, quo minus eam praedicem palam &
 clam : sicut fuit intra animum meum , ita
 dico filiis hominum , *benignitatem & veri-*
tatem tuam : veritas est praestatio boni ,
 quod promisit , & benignitas est redun-
12 dans super bonum , quod promisit. *Tu*
Iehoua , quemadmodum eripuisti me huc
 vsque , ita libera me ab omni angustia :
 & *ne contineas* , ne cohibeas , *miserationes*
tuas a me : *ingiter conseruent me* , custodiant
13 me : *Nam cinxerunt me* , circumdederunt
 me : *assequutae sunt me iniquitates meae* : qua-
 si dicat : *deprehenderunt me* : *nec poteram*
videre , eas omnes : multae enim sunt , *ut*
pili capitis mei , qui sunt numerosi : & *cor*
meum dereliquerat me : ut non palparem
14 opera mea e vestigio. *Placeat tibi Iehoua*
eripere me : sit beneplacitum tuum , ut eri-
 pias me semper ab omni plaga : *ad auxi-*
lium meum festina : ut sis mihi auxilio , ne
 proroges tempus , ne pelliciat me concu-
15 piscencia mea ad occidendum eos. *Ad*
perdendum eam , vel ad conficiendam eam :
 sicut Targum illud : vsque dum consu-
 meretur totum illud genus : (Num.
 XXXII. v. 13.) ita reddit : ער דספ כל דרא :

- & ignominia afficiantur, quum vident te ef-
16 te mecum. *Desolentur*, fit illis desolatio:
praemio pudoris sui, in mercedem pudoris sui,
 quia probro me affecerunt tempore angu-
 stiae: & sensus vocis קָפַי idem est, ac si
 dicas: mensura pro mensura, secundum
 viam, qua iuerunt aduersus me: *dicentes*:
17 *euge! euge!* laetitia pro laetitia! *Gaudeant*
 & *laetentur*, laetitia duplicata, *omnes quae-*
rentes te, amantes salutem tuam, non au-
 xilium alienum: ac *dicant ingiter*: *extolla-*
tur Iehoua, nam quum praestat signa & be-
 neficia, magnus est, atque edit miracula.
18 *At ego*, etiamsi sum rex, *miser & pauper*
sum, quod in tam multis rebus gratia Dei
 indigeo: *Dominus cogitet de me*, sensu sup-
 putationis: quasi dicat: supputentur co-
 ram te preces & supplicationes meae: &
ne tardes: quin e vestigio serues me.

Psalmus XLI.

- I** **P**Salmum huncce exponit auctor Ro-
 memoth El de historia filiae R. Aki-
 bae, de qua decretum fuerat, vt more-
 retur nocte nuptiali: sed quia dedit sti-
 pem egeno, factum ipsi est signum, vt
 in vita permaneret: egressus R. Akiba
 praedicauit: eleemosyna liberat a mor-
 te.

te. (f) (Proverb. X. v. 2.) Et hoc est,
 2 quod hic dicit: *Beatus est, qui attendit ad at-
 tenuatum*: Radak vero interpretatur id de
 eo qui inuisit aegrotum, atque attendit
 ei, & prouidet, eumque respicit, & con-
 solatur; ac dicit isti: *tempore aduerso libe-
 rabit eum Iehoua*: a gehenna, & in hoc se-
 culo *custodiet & in vita conseruabit illum*: *bea-
 tus erit in terra*, vt faciat opera bona, &
 prospere agat, vt dicant de eo filii ho-
 4 minum: *beatum illum! Iehoua sustentabit
 eum in lecto languoris*: hic est dies septimus
 aegroti, quo valde infirmus est: *totum cu-
 bile eius vertit in morbo eius*: quia vertit fe-
 se aegrotus ab vno latere ad alterum, tu
 5 vertis, & tu sustentas eum. *Ego dixi*:
 ego, quia non sunt qui accedunt ad me,
 ego dico: *Iehoua miserere mei, & medere
 animae meae*: non ait: *fana corpus meum*:

N 2

nam

(f) Fabula ista in libro notissimo Iudaeo-germanico
 Brandspiegel, C. XXX. p. m. 95. b. eleganter ita
 narratur: *Die tochter von R. Akiba hatten ihr die wei-
 ber gesagt, sie solt nicht in garten gehn, es is ein schlang
 drinnen, werd dich beissen zu tod: Und die schlang bat
 ihr niks geton: Ihr Vater bat sie gefraget: Was vor
 ein מצור hastu geton? Sie sprach: Ein armer Man is
 komen auf die thür, und man bat ihm niks geben, da
 bab ich ihm mein theil geben: Sprach ihr Vater: Die
 צרקה bat dich beschürmt vom tod,*

nam causa morbi erant iniquitates eius ;
& quum fanat Deus fortis animam ex-
piatione iniquitatis , fanat etiam corpus.

- 6 *Inimici mei dicunt malum mihi* : dicunt , eo
sensu , vt alibi legitur : Et dicet Pharao
de filiis Israël. (Exod. XIV. 3.) *quando*
moriatur? morbus eius nimis longus eis
videtur : ideo quaerunt : *quando morie-*
7 *tur?* *Et si quis venit me visum* , vt me inui-
fat , *falsum loquitur* , dicendo : quam dolet
mihi , te aegrotare : *& cor eius colligit ini-*
quitatem : iniquitatem colligit in corde
suo ; at non profert labiis suis coram ,
vsque dum egrediatur foras , & tunc
rem *eloquitur* homo nequam inimicis meis
8 aliis. *Simul contra me mussitant* , secreto &
tacite loquuntur : *contra me cogitant* , rem ,
9 quae est *mala mihi*. Et quid dicunt ? *Res*
mala arcte incumbat ei : omnia flagitia ,
quae admisit , arcte incumbant ei , & ef-
fundantur in corpus eius : & quando-
quidem decumbit , *ne amplius resurgat !* ita
10 maledicunt mihi. (g) *Sustulit adversus*
me

(g) Glossa haec est Raschiana , sed aliquantulum ex
Michlal Iopbi interpolata & confusa , nec ipsi do-
ctissimo Breithauptio recte , vt videtur , intellecta.
Raschi enim vocem *דָּוָר* habuit pro futuro verbi
דָּוָר , quia deinde eam numero plurali *דָּוָרִים* effert.
At

- me calcem, quasi essem calcandus planta
 11 pedis eius. *At tu Ieboua miserere mei, & erige me, ex morbo hoc: ut rependam illis, bona pro malis, pro more meo. (h)*
 12 *Et in hoc cognoscam, te fauere mihi, quod nolis, ut laetetur inimicus meus & triumphet*
 13 *de me. Sed quod ad me, in integritate mea, propter integritatem meam, sustentas me in seculum, dies vitae seculi, (i) ne moriar ante tempus meum.*

N 3

EMEN-

At Breithauptius ita vertit: *Res pessima fundatur in eum: i. e. omnes improbitates, quas ipse commisit, fundantur & immittantur in corpus eius, & utinam, dum decumbit, non amplius &c.* Haec quidem contra mentem Raschii. Haud male tamen צוק ad rad. צק referri potest, ut sit participium Paul: quo sensu uterque Interpres Germanicus ex Iudaeis vertit: *gegossen.*

- (h) Acute! At vero verbum שלם, ita absolute positum, vix vnquam hoc sensu vsurpatur, sed in malam partem, quantum equidem noui, semper sumitur. Quare b. Calouius *Bibl. Illustr.* in h. l. argumentum hinc ducit, quo Christo hunc sermonem vindicet. *Hinc constat, inquit, non Dauidem, qui ipse etiam Simeis condonauit, sed Christum, cuius est vindicta, Deut. XXXII. 36. Rom. XII. 19. haec loqui, qui inimicis corrigi nesciis retribuit.* Praecedentem quoque versiculum contra Clericum vindice quasi manu Christo asseruit *Witfius Miscell. T. I. L. I. C. XVIII. p. m. 214 fs.*
 (i) Sensus clarius apparet, si legas e Kimchio: וְיִמְצָא לְךָ חַיִּים הַאֲדָמָה *tempus vitae humanae.*



EMENDATIONES TEXTUS RABBINI-
CI PER TOTUM PSALTERIUM
BASHUYSENIANUM.



Litterae hebraicae indicant folium ; a. & b.
pagellam vel latus folii ; numeri vul-
gares lineam Textus rabb.

- א a. 10. משעמל lege משעמל
ב a. 2. שאין שהם ממש lege, vt infra ad Pl. XCVII.
ז. 7. & CXXXV. ז. 15. שאין בהם ממש
ג a. 10. כבורי lege כבורי
ב. 8. פסוקי' diuise' פסוקי'
ד b. 1. הצדיקים ו. הצדיקים
4. ס"מך post ובה interfere
ה a. 4. לשון lege לשון
ו a. 9. יתרים ו. יתרים
ז a. 6. גומא ו. גומא
8. צדק post פעלי infere
9. עתיד lege עתיד
13. יהיה ו. יהיו
ט a. 5. ברדפו ו. ברדפו
ב. 2. תכלכלם ו. תכלכל'
א a. 5. משכין ו. שכיין
ב. 2. כנגדו ו. כנגדו
א' a. 8. יראוהו ו. יראוהו
ב. 8. וחפרנס ו. ומפרנס

- יד a. 7. lege שיאבדו lege secundum Textum
& Raschium : posset tamen etiam legi,
שיעביר cum amouerit.
- b. 10. נוב l. ניב
- טו b. 11. עיר l. עיב
- טז a. 1. lege ex Kimchio להם , & , si placet,
2. pro לצרם substitue ex eodem. ללכרם
8. דברי lege דברי
- b. 7. יגונו l. יגונו
- יז a. 14. מבין l. מגין
- יח a. 12. לשאינו vltima vox legenda
13. דבור l. שדבור. In Kimchio est
דבר הכתוב על ההות
15. שיתבוששו lege שיתבושו
- יט b. 1. מנת lege מנס
16. בהתבודדי l. בהתבודתי
- ך a. 1. שמתי l. שמעתי
3. ויגל l. ועל
10. הודיעני l. אודי עני
- b. 8. להכרזה l. מהכרזה
16. שחשבתי l. שחשבתן
- כא a. 10. והמקרה l. והמקרה
b. 5. פימו dele
- כב b. 1. אבל l. אצל
7. ממנו l. מהנו
- כג b. 7. שימלאו lege ex Kimchio ושימלא
- כד a. 5. ממהרין lege מהררין
8. ובר l. ובריא
- כה a. 9. אתה סבור lege ex Raschio כסבורים
b. 11. שאין dele
- כו a. 4. ויחרגו lege ויחרגו
כז b. 3. שישג l. שישגו
8. חולי l. חולת

- השמש: I. השמש. 16. b. כו
 תכהנה: I. יכהנה. 17.
- נפה: I. נכת. 11. a. כח
 בהם lege בה. 13.
- לחרו: I. ארץ. 4. a. כש
 Voces huius versus traiectae ita in ordi-
 nem redigendae sunt: זהו מיטוס הרשע
 Scilicet Vespasianum narrant, templo expugnato, cum
 meretrice adytum ingressurum; gladio
 stricto vela diffecuisse, & sanguine hinc
 profluente, dixisse, se occidisse ipsum,
 sc. Deum.
- & subintellige אמ ישאל lege ישאל אם
 vti in Romemoth El legitur.
- מוציאי ומושכי lege ex Raschio מוציאו מנשאי
 8. a. לב
 בונכו lege בונכו. 3. a. לג
 אותם: I. אותו. 2. b.
- עתה: I. אתה. 3. a. לז
 שעיניו: I. שאיניו. 7. b. לו
 lege עמדי aut omitte profus illam
 vocem, vel pone pro ea, vt in Raschii
 editionibus est, וגומר.
- דירתו בתחתונים lege דרתו בתחתונים. 2. a. מ
 ולפי ג' vbi g notat numerum. 3. a. מב
 קריעת קריאת. 9.
- וביערם: I. וביארם. 8. b.
- לנסותי: I. לנסיתי. 12. b. מג
 לבית: I. לבו. 8. b. מד
 הצלתני: I. הצולני. 1. a. מה
 יבוקש: I. יבוקב. 10. b.
- In Bibliis Buxtorfianis legitur
 ישחוקו. Sed id iam corruptum putauit
 cl.

מו
מח
מש
ג
נא
נב
נג
נד
נה
נו
נז
ס
א
ב
ג

cl. Breithauptius, pro eoque legit, iuxta exemplar Hebraeum, quo utebatur, המגידים ושתתקו legitur.

- b. 9. המתקשרי' lege האתקשרי'
 מו a. 13. כלומר. I. כלוחר
 b. 5. ממכתך. I. ממכתו
 מח a. 2. ונשאת. I. ונחשת
 b. 12. בהשגחה. I. בהשגחט
 מט a. 1. ה'ב. I. ה'א
 5. נימין. I. כימין
 10. בתרועה. I. בפה
 נ a. 7. נדח. I. כדח
 10. וישראל. I. לישראל
 נא b. 2. נסים. I. כסים
 5. שונאי' רוד in Kimchio est שונאי. I. שונאר
 נב b. 15. ואם יקרדו שום in Kimchio est יקראותו. I. יקרא אליו וגו'
 נג a. 5. מדכאי. I. מדנאי
 7. לו. I. לי
 נד a. 12. ברשת. I. כשחת
 b. 2. כדי. I. כדו
 נה a. 13. צרכו. I. צרגו
 נו a. 2. post infere verba textus : איבי שקר
 b. 10. lege secundum Michlal Iophi : יושרי ומה שראוי לי
 נז a. 10. שהפשע. I. שהרשע
 ס a. 12. מתערה. I. מחרה
 b. 3. העולם. I. פולם
 סא a. 10. שלווים vel שלוו. I. שלים
 סב b. 7. בעיני עצמי. I. בעוני בעצמי
 סד a. 6. כמו lege שמו
 7. ענינים. I. וענינים

- אותם l. אוחס b. 9. סד
 אונו lege אף b. 12. סו
 איחרתנו l. איכבתנו a. 8. סז
 סבבו l. יסבבו a. 7. סח
 דסף l. דעף b. 4.
 לחסר l. לחכר 13.
 יומם l. ואם b. 3. עא
 עשו שדר l. עשיתי a. 8. עב
 למד lege זמרו
 זולתו lege זולתי b. 2.
 לשבעה lege לשבועה 11.
 אח שהושעת lege שהושע" את a. 8. עג
 vel ommitte isthoc את omnino.
 אויבינו lege אויבינו 11.
 חשרת lege חשרת a. 13. עד
 est compendium scripturae, quam
 abbreviaturam dicunt, ita scribendum
 כמ"ש ז"ל a. 4. עה
 שאני lege שאני b. 3.
 ita enim Arabice scribitur
 in Lexico Golii p. 1348. a. 13. עו
 או b. 12.
 מהרע ועוו lege מהרעי ועוד b. 6. עז
 בצרה lege בנרה 7.
 נבוא lege נביא 8.
 והיו אומרים lege והיו dele 10.
 מימיו lege מימיו 12.
 שאנו lege שאינו a. 11. עח
 שממה lege שאמה 14.
 vel forma Arabica,
 i. e. climata. b. 12. עט
 יחלה lege יחללה 14.
 סבו סביב lege לבו סגיב b. 10. פ

- פא b. 5. lege בה ceterum breuitas hic est ob-
scuriuscula, quam dilucidabit Kimchius.
- פב b. 7. תכלה lege תכלא
8. תדבק lege מדבר
- פג a. 1. בותי lege גנות
- פר a. 7. רעיה lege רעיה vel ex Raschio דיר
11. מכה lege מכה
- פז b. 1. שהתגורר lege שהתגורר
- פח a. 10. מעלה lege ex Kimchio זית עלי vel po-
tius in plurali עלי folia
b. 7. כשגדר lege כשגדר vel etiam כשגדר
12. נשחתו lege נשתחו
- פח altero folio : bis enim iste numerus occurrit :
a. 7. תבישות lege תבישות quanquam huc pla-
ne non videatur pertinere.
b. 7. סהומכים lege סהומכים
- פט b. 1. יהיל lege יחדל
9. מרוח סעה lege מרוח סערה ממלחמות
10. הסער lege הסער
פלב lege פלב
- צ b. 5. הלילה lege הלילה
- צא a. 7. מעירת lege מעירת pone vocem textualem מוט
b. 7. בעבורי lege עבורי
- צב a. 6. ענין lege ענין
שנודדתי lege שנודדתי
- צג a. 8. הלוחטים lege הלוחטים
- צה b. 4. נאמסים lege נאמסים
10. אשר lege אשר
11. קריחה lege קרימה
- צח b. 6. מדינות lege מדינות
- צט a. 5. יכנס lege יכנו
6. יהיו lege יהוי
b. 11. אוכל lege נוכל

- ק a. 4. dele השם vel accipe hoc sensu : o Deus!
7. הוסיף ימים על ימי עד ששנותי יהיו שבעים
שנה כמו שני דור ורור :
- קא a. 2. דומי רומי lege
b. II. כצמא lege כמצא
- קב a. 5. ככה lege כנה
- קג a. 4. אשמור lege ישמור
b. 4. פעל lege בעל
6. יושר lege ישור
- קד a. 4. שבביתך lege שבבכותך
- קה a. 5. & porro secundum
הם מלאים צאן כאלו מלובשים :
Kimchium
II. מה נורא lege מהם נורא
- קו b. 6. שהלשון נעזרת lege שבלשון נעזרי
- קז a. II. והיה lege היה. ארץ ישראל א"א i. e.
b. 9. סלסלה lege לסלסה (Conf. Prov. IV. 8.)
- קח b. 5. 6. תזיל ותטיף I. תזול ותטוף
7. (מ"י) חיתך lege (מחיתך)
9. יקיים lege יקים
- קח (altero folio)
a. 6. dele alterum בחשך
b. 5. איש lege איא
- קט a. 10. שיר lege שיר
b. 4. נקהלו lege קהלו
- קי a. 3. 4. eliminandae videntur voces השמני'
& החשובי' כמו &
Nam partim ex sequenti-
bus, partim ex praecedentibus, inconcin-
ne huc traiectae & repetitae sunt.
5. אע"פ lege אפ"פ
13. גאותו lege גאלתו
b. 6. שנמשלו vel הנמשלים lege חנמשלו
- קיא b. II. הלצים lege הלצנים
- קיב a. 2. שבאמת lege שתאמת

- ב. קיב lege המועטת מטעמת 7.
 ובבריאות & deinde lege היות חיות 11.
- ב. קיד lege ידעתי דעתי 1.
 ב. קיו lege השרים השרים 7.
 ב. קיז lege למי יש למיש 3.
 כפל lege נפל 4.
- א. קיט lege הוללות וסכלות 2.
 א. קך lege וחלקה לחלק 10.
 ב. קצ lege זותי זותי 9.
- ב. קכא lege ומילה ולע"ז ומילה וע"ז 3. 4. Scilicet,
 coëgerunt eos ad intermittendam sanctifi-
 cationem Sabbathi & circumcissionem, at-
 que ad idololatriam.
- שישראל lege שישראל 4.
 יקלקל lege יקלקל & confer Ezech. XXI. 26. 6.
- א. קכב lege להלחם להלחם 4.
 א' i. e. terra Israëlis. lege א' אי 7.
- ב. קכג lege שעמי שעמו 11.
- א. קכד lege שהייתי שהייתו 10. 12.
- ב. קכה lege רועצת רועצות 8.
- זכרתי lege זכרת 9.
- (קכז pro quo vitiose est קכז)
 א. קכח lege ולהכין מלהכין 11.
- א. קכט lege באותה בהלה באותו הבלה 11.
- א. קלא lege עשו עשה 7.
- א. קלב lege נגלו גלו vel נגלי גלו 3.
- ב. קלג lege בעבור עבור 7.
- א. קלד lege מנהיגים 6.
- ב. קלה lege sunt hae literae numerales, quae 210.
 annos Israëlitis in Aegyptiaca seruitute ex-
 actos notant, adeoque punctis vel lineolis
 superne insigniendae sunt, שהא ו. שהוא
 ב. קלה.

- b. 9. השרשת *Contra potius legendum est* vel, vt Rafchius habet השרישה infixit (radices suas.)
10. ארזי *dele prius*
- a. 13. בכוחה *lege ex textu* ונפות' קלו
- b. 3. הוא עשו *lege ex Rafchio*: הוא עשו וגו' שהוא איש העומד להפרע ימינך ממנו
4. אדם *dele alterum*
7. ובטול *lege* וביטל
- a. 2. התרועה *lege* והרועה קלו
6. שבו *lege* שבו
11. לי *lege* לו
12. אענך *lege* עפנך
- רעם *lege* ירעם
- b. 1. עשיתי *lege* עשית
- a. 3. הרעו *lege* הראו קלח
6. דבש *lege* דבר
- b. 6. השומד *lege* השומד
- b. 4. ונלוה *lege* וסלוה קלמ
- a. 1. נשחתים *lege* נשחתם קמ
5. נקלים *lege* כקלים
- a. 2. ובכא *lege* ובנה קמא
10. שיחיה *lege* שיחים
- b. 1. בהם *lege* בי
- a. 11. מהם *lege* שהם קמב
- a. 7. ניכר *lege* נינר קמב
- b. 1. לפי שהשערים וגו' לפי שהחכמים והזקנים
6. נאים *lege* נעים
10. מאדם הראשון *lege*: primam vocem
11. ישוה *lege* ישו
12. ספור *lege* סיפר
- a. 1. זאת האומה *lege* זאת' סאומ' In Kimchio קמה
- זה המקום *est*

- הט a. 3. יענו lege יענו 3. קמה
 12. post infere נקרא שובע
 b. 2. אילות lege אילותי 2.
 4. בו lege בי 4.
 9. משברין lege משברי ים 9.
- הט a. 3. קרוין lege קרוין 3. קמו
 b. 3. אמך lege אמתך 3.
 11. הגליות & in fine lege הגלות 11.
- קמז a. 7. להם & vocem lege : שהכינות שהכינתו 7. קמז
 statim sequi debebat נודע בקהל קדושים
 deinde demum quod praecedit הם
 המלאכים וגו' 10.
 10. יעריכנו lege יעריכון 10.
 b. 9. הנהרות lege מנהרות 9.
- קמח a. 2. שוות lege שמות 2. קמח
 6. post infere בתרועה מלכות : שמשדרים עליה מלכות 6.
 9. מלכי lege מלאכי 9.
 b. 5. במטה lege במיתה 5.
- קמט b. 10. צדקיהו lege צדקתו 10. קמט
 12. מצודה lege מצוה 12.
- קב a. 3. ונקיותו lege ונקיתם 3. קב
 b. 4. in fine lege : סופי מלך 4.
- קנא a. 3. Innuitur illa Parascha, lege בואת בואת 3. קנא
 quae incipit : זאת הברכה Deut. XXXIII. 1.
 4. כי lege כו 4.
 b. 9. ואם lege יואם 9.
- קנב b. 10. בעבור lege עבור 10. קנב
 a. 1. שהבטיח lege שהבטוח 1. קנב
 a. 2. שה' מלך lege שהמלך 2. קנה
 b. 6. Deus fortis lege אל את 6. קנה
 12. אותם lege יאות 12.
- קנז a. 1. הנביאים lege הנביא 1. קנז
 3. יוצרים lege יוצרם 3.

- קנז a. 4. עמל lege עיל
 קנח a. 3. געלה lege גאלה
 קנש b. 6. לה lege לה
 קס (קען pro quo scriptum est)
 b. 5. שכימי lege שכמי
 קסא b. 10. עבודה זרה lege י"ע i. e.
 קסב a. 4. שהבטיחנו lege שהבכתחנו
 ברוך lege בתוך
 b. 5. מדי lege מדי
 קסג a. 2. נשרף lege הנשיף
 b. 5. לא lege לו
 9. שתיבש lege שתחביש
 קסז a. 6. הקורא lege הקו (conf. Amos V. v. 8.)
 יקו lege יקו
 קסט b. 1. חוטאים lege חוטאינו
 לשבי lege לשבר
 קעג a. 4. inter & בה infere היס
 b. 2. post להשביע interfere & porro lege ולהשמינה והיה
 בעבור lege עבור
 קעה a. 4. ולזרותם lege וברותם
 ויצמד lege ויצחד
 קעה a. 7. וכשתקבצנו lege
 קעז a. 7. בנשיבת lege ברשיבת
 קעח a. 5. יה dele
 b. 1. נתגאו lege נתגעו
 קפ b. 8. למותת lege לממות
 קפא a. 5. שקלל lege קידל
 יאבד lege יאבל
 טוב lege טוב
 b. 9. בפי lege בכי
 שידעו lege שודעו
 קפב a. 8. מלכותו lege מלוותו

- למשוררים I. למשורר a. 3. קפג
 עַד אֲשֶׁר יִשָּׂאֵר : lege ex Kimchio : b. 8. קפד
 הוא עני
- מהגרון I. מהגיון b. 7. קפו
 יכירו I. יפירו a. 9. קפז
 נברך ויחיה I. יברך וגו' b. 5.
- ה per בהא I. בהם a. 1. קפח
 6 dele כי prius.
 כִּי הֵייתִי : lege ex Kimchio : b. 1.
 מדבר כאשר עניתני כלומר כשהייתי עני
 בורח וגו'
- יודו vel vt in Kimchio est יכירו I. ינירו a. 11. קפט
 כפל I. בכל 12.
 Saul Rex. שאול I. שאל 10. b.
- altero folio : קפט
 עוֹשֵׁר & לֵהֶם כּוֹחַ inter b. 1.
 ברא I. בראת 2.
- קיא pro quo praue expressum קצ
 ויאר I. ויאמ' a. 9.
 rudis בור I. בו b. 7.
 כלומר הפקודים שלך I. כלור וגו' 13.
- נכתתה I. ונכתבה a. 4. קצב
 כדלף I. כמלף b. 6.
- עיניו I. עיני a. 8. קצג
 שהבטחתי I. שהבטחני a. 3. קצד
 שקר לאמר שאין תוכו כברו lege לאמר וגו' b. 3. קצה
 חשק I. חשו' a. 7. קצו
 6. legendum est עמונית & עמוני pro b. 5.
 Moabitam enim , secundum Rab-
 binos , Dauidem criminabantur inimici,
 quod Rutha Moabitude oriundus esset, ad-
 eoque haud idoneum, qui in DEI ciuita-
 tem admitteretur: ex lege Deuter. XXIII, 3.

At subsidio ei erat litera decreti, quod Moabitam, non item Moabitidem, excludit.

- קצח a. 4. בצרה I. בצמא
 b. 4. הסעפים I. העספים
 ר a. 3. מצות I. משו'
 רא a. 6. עניי I. עניני
 רה a. 11. בשנה I. שנה
 רש a. 3. הבכיה I. הבניה
 4. ברינה I. בריכה
 b. 8. כפל I. נפל
 10. בני I. ביהי
 רש folio male repetito:
 a. 16. הזית I. הבית
 רי a. 8. קצירה I. עצרה
 9. העמרים I. האמרים
 b. 2. נהיה I. כהיה
 11. post alterum אל pone 'ה nomen DEI.
 12. הנבראים I. הנביאים
 ריא a. 4. בנינים ונטיעות : lege בניני וגו'
 8. משרי I. משרי
 12. תוחלתך I. מנחלתך
 b. 12. שאמר I. שאמע
 ריב a. 7. צדק I. צדס
 ריד a. 10. הולכת I. כולכיהם
 b. 7. יושעים I. יושעים
 ברטו b. 13. בשביל I. ששביל
 14. לתועלת I. להלעלת
 ריש a. 3. lege שירות חשק או מלחמות רק שירות
 cantica amatoria &c.
 10. lege יודע e Textu.
 13. להכעיסם I. להכאיסם
 רך a. 9. מסוף I. מוסף

- וּאָף l. וּרְאָף b. 6. רַךְ
 אַרְס l. אַרְס b. 9. רַכָּא
 וּמָה' l. וּמָה a. 5. רַכְבַּ
 עַד l. עָדוּ b. 8.
 וּקְרוּבֵי l. וּקְיֻבֵי a. 10. רַכְבַּ
 אֵין מִי שִׁדְרוּשׁ: in Kimchio est: אֵין רִמְשׁ דּוּרִשׁ
 לִי b. 3. dele
 בְּמוֹ l. כְּמֹן b. 7. רְלוּ ita enim scribendum pro
 שְׂרָאוּ l. שְׂרָאוּי b. 10. רַכְזוּ
 הוּא & dele sequens וְהוּיּוּת l. וְהוּיּוּת b. 1. רַכְחַ
 שִׁזְדַּמְן l. שִׁזְדַּמְן 7.
 אִפִּילוּ l. אִפִּי 9.
 Nunc pro numero רַכְט & sequentibus male
 ponitur denuoque repetitur num. & קַכְט &
 seqq.
 לַעֲזָרוּ l. לַעֲשָׂרוּ b. 4. קַכְט
 וְהַחִיָּה l. וְהֵל' 13.
 כּוּ l. כֵּה 14.
 וּבִנְבוּאָה lege לבְּנְבוּאָה' a. 10. קַל
 בְּדֶרֶךְ נְבוּאָה
 קֶשׁוּר הַמִּכָּה וְהַכְרִיכָה עֲלֶיהָ l. קֶשׁוּר זֶה וְגו' b. 4.
 אֹרֶה l. אֹרִיָּהֶם a. 9. קַלֵּב
 שְׁנִשְׁמַתָּן l. שְׁנִשְׁתָּן a. 6. קַלֵּב
 וּבִנְבוּאָתָא l. וּבִבּוּאָתָא b. 11.
 עֵז l. אֵז a. 5. קַלֵּב
 כְּלֵי l. כְּלוּ 9.
 זֶה עַל זֶה l. זֶה עֲלֶיהָ 10.
 הַלּוּל l. הַלֵּל b. 2.



Coronidis loco, in eorum gratiam, qui Concordantiis, quas vocant, Hebraicis carent, Loca Biblica, vnde dicta in Pfallterio Bashuyseniano, non allegatis fedibus, afferuntur, inde a Psalmo XLII. (nam priora iam in versione indicata sunt) ad finem vsque, subiiciam.

אָא	a. 6. Psal. XLIV. 26.	פּב	b. 1. Psal. III. 7.
עב	a. 11. Pf. CXXXII. 17.		b. 10. Genes. V. 24.
עד	a. 7. Psal. XXII. 8.	פּג	b. 9. Exod. XXIV. 8.
	8. Genes. XXV. 23.	פּד	a. 2. Num. XIX. 15.
עה	a. 4. Leuit. XXVI. 26.	פּו	a. 10. Genes. XXX. 38.
	b. 7. Exod. XXXVIII.		13. Hiob XXXV. 13.
	27.		36.
	13. 2. Sam. XIX. 18.	פּח	b. 4. Proverb. XV. 30.
עז	a. 2. Psal. CXXVII. 4.		altero folio :
	5. Exod. VII. 1.		a. 6. Zachar. XIV.
	b. 4. Jer. XLIX. 23.		12.
	6. Jer. III. 2.	פּט	a. 7. Jud. XI. 37.
	12. Exod. XXXII. 11.		b. 3. 2. Sam. XVII. 2.
עח	a. 3. Genes. IV. 23.	צ	b. 1. Psal. II. 1.
	b. 9. Jer. LI. 6.		3. Genes. III. 13.
	12. Exod. VIII. 10.	צא	a. 6. Maleach. III. 2.
עט	a. 3. Exod. IX. 3.		b. 8. 1. Sam. I. 27.
	b. 11. Jos. XVII. 11.	צב	a. 12. 1. Sam. XXIII.
פ	a. 3. Esth. I. 8.		22.
	11. Exod. XIV. 21.	צה	a. 9. Genes. XXV. 22.
	b. 13. Deuter. III. 27.	צח	a. 2. 2. Reg. XIII. 12.
פא	b. 2. 1. Sam. XXIV. 14.		6. Num. XXV. 9.
פב	a. 6. Genes. IV. 17.		11. Num. XXIV. 7.

ק	a. 10. Jon. IV. 6.	קבח	a. 3. Deut. IV. 9.
קב	b. 5. Gen. VIII. 2.		b. 2. Exod. XV. 21.
קו	a. 5. Jef. LVIII. 14.	קבו	a. 5. Deut. IX. 7.
	10. Jud. XI. 35.		13. Num. XXVIII. 2.
קז	a. 10. Ezech. XXXVIII.		b. 1. Num. XI. 1.
	23.	קל	a. 8. Jud. III. 29.
	b. 9. Prov. IV. 8.	קלא	a. 13. Exod. VII. 24.
קח	a. 6. Exod. I. 21.		b. 9. Exod. VIII. 21.
	b. 8. 2. Sam. XXIII. 11.		10. Prou. V. 6.
קח	altero folio:	קלב	b. 8. Pfal. CXXXII. 8.
	a. 1. Pfal. LV. 7.		11. Num. XXI. 28.
	b. 10. Gen. XLIV. 13.	קלר	b. 6. Pfal. CXLVI. 7.
קט	a. 10. Exod. XV. 20.	קלה	a. 11. Gen. XLVIII.
קיא	a. 1. Hiob. XXX. 30.		16.
	Deut. XXVIII.		15. Deut. XXIX. 20.
	32.	קלו	a. 10. Exod. XXX. 28.
קיב	a. 5. Jud. III. 15.		Gen. XL. 13.
	b. 5. 2. Sam. XII. 15.		12. Genes. XXVII.
קיד	b. 9. Jef. I. 17.		40.
קיה	a. 6. Prou. XXIX. 21.	קלח	a. 6. Deut. XXXII. 13.
קיש	a. 14. Zach. XIV. 12.	קלש	b. 3. Gen. X. 11.
קז	b. 6. Gen. XLV. 17.	קמא	a. 2. Hiob XXXVIII.
קכא	b. 8. Gen. XXIII. 13.		16.
קכב	a. 2. Pfal. LXXII. 17.	קמב	b. 6. Deut. XXVIII.
	11. Exod. XI. 1.		12.
	b. 2. Jef. XXIV. 19.	קמג	a. 5. Deut. XXIV. 15.
קכו	a. 3. Prov. XII. 25.	קמד	b. 5. Jef. LXVI. 20.
	4. Thren. II. 19.	קמה	a. 5. Cant. II. 4.
	7. Gen. XLI. 8.		9. Num. III. 13.
	11. Thren. III. 40.		11. 1. Reg. XXII. 36.
	b. 1. Gen. XLVII. 15.		b. 2. Pfal. XXXII. 20.
	3. Exod. XXXIII. 19.	קמו	a. 8. Pfal. XXXI. 13.
	4. Deut. XV. 7.		b. 5. Esth. VII. 6.

קפא a. 4. Leuit. XIX. 13.	קצח b. 8. Thren. I. 15.
10. Pf. CXXXVI. 15.	קצט a. 1. Jef. I. 25.
קפב a. 7. Leuit. XXVI. 26.	3. Hiob IV. 15.
b. 2. 2. Sam. VIII. 18.	ר b. 8. Deut. IV. 7.
4. 2. Sam. VIII. 15.	רג a. 8. Exod. XX. 17.
13. Num. XXIII. 24.	b. 1. Deut. XXVII. 14.
קפג b. 10. 1. Sam. XVIII.	רד a. 10. Gen. X. 2.
14.	b. 11. Gen. XXVIII.
קפד a. 10. Pfal. XXVII. 1.	15.
b. 10. Pfal. LXXXV. 11.	רו b. 12. Pfal. XXII. 4.
קפה a. 4. Leuit. XXV. 55.	רז quod est pro
קפו a. 3. Pfal. LXX. 2.	a. 1. Thren. V. 19.
קפז b. 9. Jef. XIII. 8.	b. 2. Thren. III. 63.
קפא a. 2. Mal. I. 9.	9. Jof. XV. 19.
10. Exod. XXXI. 3.	רש quod est pro
קצב a. 4. Leuit. II. 14.	b. 10. 1. Chron. XVIII.
11. Num. XII. 1.	17.
b. 6. Prou. XIX. 13.	רי b. 3. Exod. XXIII. 21.
7. Deut. XXXII. 39.	7. Pfal. XXVII. 14.
קצג b. 6. Gen. XXXI. 16.	ריא b. 4. Gen. XXVIII. 22.
קצד a. 5. Pfal. LXXXIX.	8. Gen. XXVIII. 17.
21.	12. Jof. XV. 8.
b. 6. Exod. XXXII. 19.	ריב a. 1. Deut. XVII. 8.
קצה a. 1. Gen. XLIX. 27.	3. Gen. XLIX. 27.
8. Deut. XXVI. 5.	10. 2. Sam. VII. 16.
b. 6. Jef. VI. 10.	b. 11. Jer. XXXIII. 15.
10. Genef. XVIII. 7.	ריג a. 7. Leuit. VI. 3.
קצז b. 6. Deut. XXIII. 4.	8. Pf. LXXXIX. 13.
קצח a. 4. Cohel. I. 4.	רוז b. 2. Genef. XV. 17.
b. 9. 1. Sam. XXV. 33.	רוח b. 8. Exod. XXII. 8.
קצח a. 3. Hiob XXIX. 3.	ריט b. 3. Exod. XV. 17.
5. Leuit. XVIII. 5.	5. Jer. XVII. 10.
b. 6. Leuit. XVIII. 5.	9. Cohel. II. 22.

רשׁ b. 11. Exod. XXV. 24.	רכה b. 5. Deut. XXIV. 15.
13. Num. XXII. 30.	רכו a. 10. Exod. XXXIX. 3.
רנ a. 6. Jes. II. 11. 17.	b. 9. Jud. XI. 35.
b. 4. Gen. XIV. 22.	רכה a. 3. Psal. CXIX. 171.
8. Gen. XLVII. 18.	b. 3. Jes. LVIII. 7.
רכא b. 3. Jes. LXIII. 10.	קכט male cum seqq. re-
רכב a. 9. Prou. XII. 2.	petito:
b. 3. Deut. IX. 7.	b. 10. Genes. XX. 28.
רכג a. 5. Prou. XVI. 1.	קל b. 2. Esth. IV. 16.
13. Jud. V. 26.	8. Deuter. XXVI. 8.
15. Exod. XXX. 2.	קלא b. 6. Exodi XVI. 14.
b. 10. Gen. XXIV. 20.	14. Deut. XI. 13. 14.



DIS-

DISSERTATIO EPISTO-
LARIS

AD
VIRUM

PLURIMUM REVERENDUM, AM-
PLISSIMUM, ATQUE DO-
CTISSIMUM,

CHRISTOPHO-
RUM BIRCK-
MANNUM,

VERBI DIVINI MINISTRUM NORI-
BERGENSEM :

QUA

VOLUCRE REPTILE, LEVIT. XI, 20. - 23.

DESCRIPTUM,

VINDICATUR,

EX EOQUE INPRIMIS

ARBE, SOLAM, CHARGOL, ET CHAGAB,

BESTIOLE,

AB

ANDR. NORRELIO SVECO,

DE STATU SUO TEMERE DEPULSÆ,


IN INTEGRUM RESTITUUNTUR :

SCRIPTA

A

JOHANNE GEORGIO MEINTELIO,

PASTORE PETRI-AURAC.



DISSECTATIO EPISTOLAE
 CAROLI
 VINCEN
 PLURIMIS REVERENDISS. AM.
 TISSIMIS ATQUE DO
 CTISS. CLAS
 CHRISTOPHO
 RUM BIRCK
 MANNUM
 VERBI SEPT. MINUTUM FOR
 VOLGSE EPITHELIUM
 DE ROSS. TITULI
 ANDR. NORRISIO SVEBO
 DE STATU ROMANO IMPERII
 JOHANN. CASANO. BRITTONI

C
 r
 b
 f
 b
 l
 h
 d
 p
 o
 u
 b
 f
 i
 v
 r
 a
 i
 l
 o



Controuersiam TIBI, VIR Plurimum Reuerende, cum amico quodam intercedere significas de *Auibus, Arbe, Solam, Chargol & Chagab, Leuit. XI, 22.* commemoratis, eiusque disceptationis me statuis arbitrum. TE enim patrociniū vulgaris sententiæ, quæ aues illas pro locustis habet, suscepisse scribis; Amicum vero illum tuum cum *Norrelio* Sueco facere, aliter hic sentientem. Cicadas homines aliquando fuisse, ita cantu delectari solitos, vt cibi potusque obliuiscerentur, & sic perirent, ceterum Musarum beneficio in cicadas conuersos, *Socrates* apud *Platonem* in *Phadro* fabulatur. Contrarium fere faciendum sibi putauit *Norrelius*, qui locustas illas Biblicas in nescio quas alias volucres transformare voluit. Qua in caussa quanquam non est meum inter TE, Virum eruditum, & amicum tuum arbitrari, tamen, quando ita vis, quid mihi videatur, exponam: præsertim cum etiam celeberr. *Theod. Haseus*, qui *Norrelii Schediasma* de *Auibus* illis editum

Bibliq.

Bibliotheca Bremensi Cl. III. Fascic. I. p. 36. f.
 inferuit, nota quadam ipsum sub initium
 subiecta, rem ipsam vltiori disquisitione
 dignam iudicari, nec tamen, quod equidem
 sciam, extiterit adhuc, qui eam ex pro-
 fesso sub examen vocaret. Accedit, quod
 b. D. Zeltnerus, cum in *Bibliis novissimis*,
 quæ nomen ipsius præferunt, tum in recen-
 tissima *Vinariensium* editione, ad quæ noua
 elimauit scholia, haud alienum se a *Nor-
 rellii* sententia ostenderit, quamuis eam
 haud recte percepisse atque expressisse videat-
 ur. Cuius Viri auctoritate cum alii facile
 possint abripi, non ab re fuerit, aues illas
 paulisper lustrare. Quare causam hanc
 paucis disceptabo, in eaque ita versabor,
 ut, filum *Dissertationis Norrelianae* sequens,
 primo in mentem *Norrelii* eiusque argu-
 menta inquiram, deinde autem vulgarem
 illam, quippe veriorem, sententiam vindicem,
 eamque alteri præferendam esse com-
 monstrem.

Quæ igitur §. 1. sui *Schediasmatis* affert
Norrelius, eo redeunt, „nondum omnia in
 „Volumine Sacro Philologorum industria ita
 „excussa esse, ut non larga adhuc supersit
 „messis, in quam non Theologis modo, ve-
 „rum etiam Naturalistis, quos vocat, falcem
 „con-

„ conueniat mittere. „ Ego illud lubens ei
 assentior, neque adeo repugno, quo minus
 cum Theologi tum Physici ea Codicis diuini
 loca, quæ adhuc obscuritate quadam inuo-
 luta sunt, maiori perfundere laborent luce:
 quin operam istam omni laude prædicandam
 arbitror. Atque idem ego contendo, caute
 & sobrie hac in re versandum, neque in ea
 loca falcem mittendam, quæ ea haud indi-
 gent, neque paulo obscurioribus maiorem
 caliginem offundendam, neque a recepta
 alicuius loci interpretatione, eaque, quan-
 tum rei ratio fert, satis clara, temere esse
 recedendum. Neque in minori laude po-
 nendum arbitror, antiquam ac receptam
 loci alicuius explicationem, quæ vera sit,
 magis illustrare atque asserere, eamque te-
 mere oppugnatam vindicare, quam nouam
 asserere. Cetera, quæ *Norrelius* eadem §.
 de legibus diuinis ad munditiam atque im-
 munditiam vestium & ciborum attinentibus
 addit, nunc non moramur.

Ad §. 2. accedamus, qua explicare cona-
 tur auctor, quid sit שרץ הוּסָה. Vbi primo
 „ omnes aues a sacro-sancta Dei Lege in duo
 „ tantum vniuersalissima genera dispesci per-
 „ hibet, ob diuersam earum naturam, qua
 „ aliæ magno in rapinam ferantur impetu,
 „ &

„ & venere stimulante plurimum lasciuiant,
 „ aliæ innoxio naturæ instinctu cibum quæ-
 „ rant, & castiores sint, atque in parturien-
 „ dis ouis, pullisque excludendis, continen-
 „ tiores frigidioresque. Ad prius itaque il-
 „ lud genus non aues modo adunco rostro
 „ & incuruis præacutisque unguibus ad ra-
 „ piendum instructas, verum etiam admo-
 „ dum falaces ac fœcundas, refert, easque
 „ libidinosæ suæ naturæ conuenientissimo
 „ titulo שרץ העוף id est *auem πολύτενον* siue
 „ *multiparam* nuncupari arbitratur. Eos au-
 „ tem interpretes vituperat, qui voces כל
 „ שרץ העוף per πᾶν ἐξαιτὸν ἀπὸ τῶν πετεινῶν,
 „ & per *omnis volucris*, reddiderunt, eosque
 „ ad nativam significationem טֵרֵם שרץ ingenit-
 „ aciem intendere iubet, quod cum vim ac
 „ virtutem habeat, *piscium more abundanter*
 „ *progignendi*, טֵרֵם שרץ העוף טֵרֵם שרץ *auem falacem*
 „ & *multiparam* absque dubio denotare, &
 „ latine, eodem profus retento vocabulo,
 „ *scortum avis* reddi posse, opinatur, quum
 „ שרץ & *scortum* nomine tenus & re plane
 „ idem sint. Deinde ad istud שרץ העוף tra-
 „ hit Aquilas, Miluos, Vultures; ceterosque
 „ ejusmodi alites antea iam recensitos, tum
 „ quoque *Arbe, Solam, Chargol & Chagab.*
 „ Alterum auium genus, quod titulo צפור

טהור

וְיָבִיאוּ לְךָ אֵשֶׁת טָהוֹרָה, ipſi venit, nomine iſto notiſſimo ge-
 neratim duntaxat indicari ait, quippe ne-
 mini non in politia iudaica ſatis notum.
 Quæ quum fundamenti loco poſuerit au-
 ctor, paulo curatius ſunt perquirenda. Ac
 primo quidem haud ſatis apte aves omnes
 in duo tantum diſpeſcit genera, nec rapa-
 ces & foecundas ſive multiparas in vnam
 claſſem recte compingit. Quod ſi enim ri-
 te attendamus, duoque illa loca, quibus de
 aibus agitur, videlicet *Leu. XI, 13. ſ.* &
Deut. XIV, 11. ſ. conferamus, tria diſtin-
 cta volatiliū genera conſtitui perſpicimus.
Primum genus dicitur טָהוֹרָה אֵשֶׁת צִפּוֹר & טָהוֹרָה אֵשֶׁת
munda, quod comedere liceat. Species hu-
 ius generis Lex non recenſet, ſed continuo
 ad alterum genus illi oppoſitum pergit, eius-
 que ſpecies dinumerat. Cuius rei cauſſam
 hanc allegant Talmudici *Tr. Chullin C. 3. f.*
63. Maniſteſtum, aiunt, & notum erat illi, qui iuſ-
 ſit, vt exiſteret mundus, beſtias immundas plures
 eſſe mundis; ideo recenſet Scriptura mundas: *Ma-
 niſteſtum* & notum erat illi, qui iuſſit, vt exiſteret
 mundus, aves mundas plures eſſe immundis, ideo
 recenſet Scriptura immundas. Id ſaltem cer-
 tum, minus neceſſarium fuiſſe, vt ſummus
 Legislator vtriuſque generis ſpecies nomina-
 tim exprimeret, quum ex alterutrius gene-
 ris

ris speciebus facile de oppositis iudicari possit, atque adeo ex recensione auium immundarum satis pateat, quænam aues mundæ sint esuque licitæ. Vnde *Maiemonides* in הלכות מאכלות אסורות C. I. §. 14. *Signa auis munda*, inquit, *in Lege non exponuntur: Enumerat autem Lex tantum species auium immundas, reliquis vesci permittens.* Quas vero rationes habuerit Deus, ut has, quas nominibus suis designat, aues immundas, ceteras mundas pronunciaret, nunc scrutari non lubet. Plerasque earum ex raptu viuere conceditur; sed falaciores quoque ceteris esse & foecundiores, atque ob id שרץ העוף, id est *auem πολύτεκνον* siue *multiparam*, vocari, eademque de causa esu earum interdici, negatur. Minime enim omnium foecunda esse ea animalium auiumque genera, quæ unguibus ad rapiendum idoneis armata sunt, pridem obseruatum est naturalis scientiæ consultis, ut *Aristoteli*, qui, τῶν γαμφανύχων, ait, ὀλιγοτέκνα σπάνια: id est: *Vngues aduncos vel recuruos habentia raros & paucos gignunt pullos omnia*: quod Philosophi effatum allegat approbatque celeberr. *Iob. Raius*, Anglus, in *The Wisdom of God* &c. siue, ut b. *Caluërius* versionem huius operis germanicam inscripsit, *Gloria Dei*, L. II. C. XVI. §. 117. Auium rapacium validiores

diores inprimis & calidiores raro plus quam duo ova ponere, post alios excell. *Schenckzerus Phys. P. II. L. II. C. XIV. §. 10. p. 399.* ex eaque cl. *Schneiderus Lex. Bibl. P. III. p. 510. a.* & reuer. *I. Iac. Schmidius Phys. Bibl. P. V. S. II. C. VI. p. 497.* notarunt. Qua in re sapientem Numinis providentiam ex merito prædicat vener. *I. H. Zornius Petino-Theol. P. I. C. I. §. IX. p. 86.* Contra aues mites esuque licitæ pleræque rapacibus multo sunt foecundiores. Et quanquam ex iis sunt, quæ nonnisi paucos simul excludunt pullos, ut columbæ, tamen frequentiori foetura & pullatione id resarciunt. Falsum igitur est, quod Auctor tradit, aues illas vetitas ex libidine ac foecunditate *העץ השרץ* hoc est, ut ipse explicat, *αιετη πολυτενον* siue *multiparam* nuncupari. Ut autem intelligatur, quid appellatio ista composita *העץ השרץ* secum ferat, dispiciendum ante est, quid utraque vox separatim innuat. Et de nomine quidem *העץ* nullum est dubium, quin avis siue volatile eo denotetur. Sed nec vis vocis *שרץ* obscura esse potest, cum eam ex proximo petere liceat, neque adeo demum longe arcessenda, ut a *Norrelio* factum, aut *hariolanda* sit. Scilicet eodem *C. XI. Levitici*, quo *העץ השרץ* commemoratur, deinceps

P

quo-

quoque v. 29. *fs.* de שרץ simpliciter ita dicto sermo instituitur, ad quod genus diserte refertur talpa siue mustela, mus, stellio, lacerata, bufo &c. Hinc iam satis apparet, voce שרץ *reptile* indicari, & שרץ השרץ על הארץ, quod v. 29. & 41. occurrit, significare *reptile repens humi*, quem in sensum interpretes plerique omnes verterunt. At magis hoc elucet, si porro ad v. 42. & 44. animuni advertamus. Nam illo שרץ ita describitur: כל הוֹדֵךְ עַל גַּחוֹן וְכָל הוֹדֵךְ עַל אַרְבָּעַי עַד כָּל מְרֻבֵּה: hoc est, ex Castellionis versione: *Quidquid in ventrem ambulat, quidquid quadrupes aut multipes humi reptit.* Altero commate vocatur השרץ הרמש על הארץ *reptile humi serpens.* Nec alibi nomen שרץ aliud quicquam nisi *reptile*, vel terrestre, vel aquatile, quod sunt pisces, significat. Quae de re *R. Sal. Iarchi*, vulgo *Raschi* dictus, ad *Gen. I, 20.* ita commentatur: *Omne vivens, quod non alte erigitur a terra, dicitur שרץ, inter volatilia v. g. musca; inter abominabilia e. g. formicae atque scarabei & vermes; inter ceteras creaturas v. g. mustela, ac mus, & limax, atque his similia; & omnes pisces.* Inuenit quidem quod carperet in hisce *Raschii* verbis *Nachmanides*, idem fere scilicet, quod eum postea ad *Levit. XI.* reprehendisse audiemus, definitionem

nem puta reptilis. Sed ipse, qui שרץ ex רץ שרוא compositum, atque a continuo super terram motu ita dictum, censet, vicissim perstringitur ab *Abarbanel Comment. in Pentat. f. 16. c. 1.* Edit. Bashuysen. De eo tamen inter triumviros illos conuenit, voce שרץ reptile designari. Quod vero verbum שרץ Lexicographis non solum *reperere*, sed etiam *reptilium*, vel, vt *Norrelius* vult, *piscium more*, abunde propignere notat, quam significationem & *Abarbanel l. c.* ei tribuit, & nonnulla loca codicis sacri postulare existimantur, id magis nobiscum quam aduersus nos facit, & probe cum illo congruit, quod reptilibus plerisque, & piscibus potissimum, vix quidquam gignat natura foecundius. Vnde per translationem quandam de hominibus quoque & ceteris animantibus, quorum vbertas exprimenda, vsurpari haud absurde dixeris. Mea quidem sententia, quam ex locorum collatione cepi, verbum hebr. שרץ eandem vim habet ac Latinorum *burrire*, vel, si hæc vox minus probetur, *scatere*, & Germanorum *vimmeln*. Neque vlli interpretes magis proprie verbum & nomen שרץ transtulisse mihi videntur quam vterque Iudæo-Germanus, vocabulis *vvidmenen*, *vvidmenung*, i. e. *vvimmenen*, *vvimmenung*

lung siue *gerwimmel* : qua quidem in re b. *Lutherus* & *Piscator*, verbum שרץ quibusdam locis per *wimmeln* reddendo, illis præiuere. In quod vero animantium genus, præterquam in reptilia, magis illæ voces conueniant, ego certe non video. Sed vtut hæc sint, id manet, nomen שרץ nonnisi iis animantibus tribui, quæ vel pedibus plane carent, adeoque in ventrem ambulant, vel quadrupeda aut multipeda humi repunt, ventre terram fere tangente. In quo recte contra magnum *Bochartum* doctissimus *Carpovius Animaduersf. Philol. Crit. Sacr. p. 41.* disputat, si quidem ille etiam vitulos ad שרץ referat, quod nunc in medio relinquo. Ex his iam pronum est intelligere, quid sit שרץ העוף. Nempe tale est genus alitum, quod alis quidem instructum est ad volandum, sed pluribus simul pedibus gaudet, atque instar reptilium humi repere aptum natum est. Nequaquam ergo reprehensionem hic merentur *LXX. Interpretes*, qui כל שרץ per πᾶν ἐγενετο ἐν ἀπό τῶν περσιῶν reddidere. Magis a fontibus discessit *Vulgatus*, qui vocem שרץ haud expressit, sed satis habuit posuisse, *omne de volucris*. Plane vero risum mouet auctor, qui ieiuna allusione delectatus שרץ nomine tenus & re plane idem esse

ac

ac *scortum* Latinorum comminiscitur, & שרץ העוף *scortum auis* reddit, qui si, vt ipsius vtar verbis, ad natiuam significationem *שרץ* *scortum* ingenii sui aciem intendisset, sine dubio animaduertisset, *scortum* proprie pellem siue corium animalium, præsertim crassius & durius, significare, & nonnisi translate de meretricibus vsurpari, quod, dicente *Festo*, vt pelliculæ subigantur. Quid autem scorto siue pelli cum שרץ quod reptile esse docuimus? Quidni potius Germanorum *scherzen* cum Hebræorum שרץ conferas? Sed iocum sapientioribus debet, qui ex his nugis notionem alicuius vocis petit. Denique inique agit *Norrelus*, & quasi crimen læsæ maiestatis committit, quum non cuculum modo, bubonem, noctuam, vespertilionem, & similes aues ignobiliiores, sed aquilam quoque, auium regem, ad humile שרץ העוף detrudit. Namque ex præcedentibus iam satis constat, *tertium* hoc esse illud *auium* genus ex supra memoratis, quod sapienter summus Legislator auibus bipedibus & reptilibus interseruit, quod vtrisque affine sit & quasi intermedium. Estque totum hoc genus immundum, præter *Arbe*, *Solam*, *Chargol* & *Chagab*, de quibus nunc paulo plura.

Hæc aves ad שרץ העוף pertinere, quod auctor §. 3. perhibet, lubentes concedimus; at non eo sensu, quo ipsi placet, sed quem nos nomini illi asseruimus. Id minus consonare videtur, quod ad frequentem earundem congressum & πολυτεκνίαν prouocat, eamque hodiernum cerni affirmas, cum tamen, quænam sint illæ aves, decernere nequiverit. Neque fatis erat, verba textus hebræi ex Leuit. XI, 20. 21. afferre, tum aliquam eorum versionem, ex Vulgato maxime, subiungere, istamque repudiare, & aliam ei substituere, hanc videlicet: *Auis omnis multipara, quatuor incedens digitis, vobis profana esto: Has tamen ex multiparis comedetis, quibus non sunt unci prominentiores in digitis, ad discerpendum ac dilaniandum iis in terra.* Verum & ostendere debuisset auctor, quantum versio vulgaris ab originibus suis discedat, quantumque ab ipsa veritate abluat, & suam versionem rite firmare. Id quidem in sequentibus tentauit; sed quam recte, postea videbimus. Hoc ipsi denuo haud inuiti largimur, omne שרץ העוף Israëlitis fuisse interdictum; *Arbe* autem, *Solam*, *Chargol* & *Chagab*, isti annumerata fuisse. At alterum, quod subdit, nondum extra omnem dubitationis aleam positum esse arbitramur, aves hæc ex numero lasciuarum fuisse,

fe, & per indulgentiam DEI Opt. Max. ob
 manfuetudinem fuam ac mitem naturam po-
 pulo Ifraelitico concessas fuiffe in cibum. Il-
 lud enim auctor nondum idoneis probauit ar-
 gumentis. Verum enim vero in eo cardo rei
 vertitur, vt, quales fint aues, quas nomini-
 bus iftis intellectas voluit fanctiffima illa lex,
 declaretur, quod paulo difficilius oftenu ef-
 fe auctor ait. Hic primo quidem a Iudæis,
 interque hos a *Sal. Iarchio*, explicationem
 petere velle videtur; fed ea tantum mente
 id facit, vt irrideat. Cum enim hæc eius
 verba initio attuliffet: שרץ העוף *sunt exilia,*
humilia, humi reptantia, vt pote musca, vespa aut
crabrones, culices, & cicada: statim ita ironice
exclamare occipit: O delicias! o cibum delica-
tum a benigniffimo DEO Ifraelitis adeo clementer
concessum! Quid de his volucris existimandum!
 At fi eiusmodi exclamationibus res conficia-
 tur, pessima quæque caussa illico in vado
 erit. Quid autem mali est in verbis *Iarchii*?
 Nifi forte id, quod *R. Moses Nachmanides* in
 illis desiderat, qui, cum ad locum nostrum
 verba *Raschii* modo allegata repetiiffet, hæc
 subdit: „At hoc mihi haud rectum vide-
 „tur: Neque enim auis dicitur שרץ propter
 „paruitatem suam; neque auis simpliciter
 „ita dicitur propter magnitudinem corpo-

,, ris : Vespertilio etiam curtus est pedibus ;
 ,, contra multæ ex speciebus locustæ sunt,
 ,, qui pedes grandiores habent quam ille :
 ,, quare igitur ille non æque appellatur שרץ
 ,, העוף vt istæ ? Enimvero שרץ העוף subiun-
 ,, ctam habet interpretationem, scilicet quod
 ,, sit incedens quatuor pedibus : Nam omnis
 ,, auis duobus gradiens pedibus, collo ere-
 ,, cto & capite exerto, suisque suffulta alis
 ,, volitans iugiter, ideo nominatur auis alata
 ,, & auis absolute : Sed pluribus gaudentes
 ,, pedibus, quæque incedunt humiles, collo
 ,, & capite depressis, vt reptilia, propterea
 ,, שרץ העוף dicuntur. ,, Ita *Nachmanides Ra-*
*schi*um corrigit. Verum hæc leuia sunt.
 Caput ipsum rei saluum est, שרץ העוף reptile
 esse *volans*, quod ante probatum dedimus.
 Atque hoc Deus Israelitis in cibum non con-
 cedit, sed comedere vetat, eo quod non li-
 bido hominum modo effrenatam interdum
 appetentiam efficit, sed nonnulli quoque
 eiusmodi insectis reuera vesci consueuerunt,
 quod de muscarum speciatim esu Arabum
 quibusdam concessio *Bochart. Hieroz. P. II.*
L. IV. C. IX. p. m. 497. tradit. Aliis *Iarchi*
 verbit, quæ auctor tantum allegat, non re-
 futat, sed fastidiose mittit, nunc non immo-
 rabimur. Posthæc ad Christianos Interpre-
 tes

tes nos deducit auctor, quos vel suam hic profiteri ignorantiam, vel *Arbe, Solam, Chargol & Chagab*, cum Iudæis pro locustis & bombycibus habere dicit. Ex his *Iunium* sigillatim & *Tremellium* excitat, qui, vel *Iobi Ludolfi* stylo, ut auctor loquitur, poenas daturi, inconsiderate admodum bombycem cantharumque admiscuerint. Et verum utique est, bonum hic dormitasse Homerum. Quamobrem non *Ludolfi* tantum stylo, sed *Bocharii* quoque *Hieroz. P. II. L. IV. C. II. p. 451. f.* vapulat uterque ille interpret. Sed ea propter non omnis simpliciter reiicienda est illorum sententia, qui certas locustarum species illis nominibus significari putant. Ab his distinguere videtur auctor eos, qui hic aues quadrupedes recuruis cruribus ad saltus faciendos aptis sistant, quales tamen totam ignorare naturam, & haud immerito Chimæras inter ac Pegasos referendas esse tradit, cum clarissimus Ornithologus, *Franciscus Williby*, aues uniuersas binis pedibus incedere, affirmet, & celeberr. *Iobus Ludolfus* aues quadrupedes in rerum natura dari neget. Qua in re valde paratragœdiat bonus *Norrelus*; nec, ut

*Telephus & Peleus, cum pauper & exsul uterque,
Proiicit ampullas & sesquipedalia verba.*

Liceat enim ad eius modum paululum diuagari atque ampullari. Nihilominus ipse postea §. 4. versum 23. cap. XI. *Leuitici*, de talibus aibus, quanquam monstrosis, ut ait, explicat, quae aliquando praeter consuetum naturae ordinem quatuor nascantur pedibus. Sed non opus est ad hoc confugere, nec ea mens fuit Legislatoris, qua de re deinceps. De volucris reptili, ut vidimus, v. 20. Capitis citati sermonem instituit *Moses*, quod pluribus inniti pedibus nemo nescit. Et de quadrupede quidem reptili volante tantum loqui videtur diuinus Scriptor, quod cuiusmodi sit, quaeritur. Quae *Sal. Iarchius* hic commentatur, paulo ante audiuius. *Clericus* in hunc locum, postque eum celeberr. *Pfaffius* in *Bibliis Tubingensibus* vespertiones & muscas exempli loco afferunt. Verba *Clerici*, quae ad v. 20. declaraturus, quid sit volucre reptile, annotavit, sunt ista: *Hoc est omnia vespertilionum & muscarum genera: nullae enim aliae quadrupedes volant.* Et iam *Macrob. Saturnal. L. VII. C. XVI.* quem *Bochartus Hieroz. P. II. L. II. C. 32. p. m. 349.* haud improbens citat, vespertilionem quatuor pedibus gradi tradidit. At nonnisi duobus pedibus instructum aiunt illi, qui eum propius adspexerunt. Vnde etiam

etiam ad praecedens auium genus bipes diferte relatus iam fuit, quanquam ab eodem quem ultimo loco, ex praestantissimorum Interpretum sententia, commemorauerat *Moses*, idem occasionem arripuisse videatur, ad שרץ העוף transeundi, quum hoc cum genere aliquam vespertilio cognationem habeat, atque naturae sit ambiguae, vt *Bochartus* loquitur, & in fabula est. Muscas contra sex pedibus praeditas esse, constat. Haud inepte tamen, quod ad hasce attinet, *Bochartus Hieroz. P. II. L. IV. C. IX. p. m. 497.* quum *Ionathanis* & *Iarchii*, muscas, crabrones, vespas & apes, hic ingerentium, verba allegasset, ita respondet. „Si muscas, „crabrones, vespas, & apes obieceris in „centu reptilium quadrupedum perperam „poni, cum muscarum genus non sit *τετραπόδων*, sed *διπόδων*: duos pedes anteriores respondebo non haberi pro pedibus, quia „manuum vicem potius gerunt: Neque „enim iis, ita pergunt, incedunt, quomodo „quatuor reliquis, sed oculos puluere obstitos abstergunt, cibos sumunt, & quicquid „tollendum est, euehunt.„ Atque hoc iam *Lucianum* de musca obseruasse, adductis eam in rem illius verbis, notat. Adde ego, bestiolam senis gradientem pedibus etiam qua-

quatuor incedere, *Mosenque* minorem numerum posuisse pro maiori, cum maior minorem includat. Id saltem negari nequit, de volucris reptili quadrupede v. 23. sermonem esse, nec ipse auctor noster inficias ire sustinuit. Quo magis mirum est, eum v. 20. 21. tale genus volucrum admittere noluisse, sed bipes aliquod inde exsculpere conatum.

Sed age, videamus, quibus fidiculis id §. 4. extorquere laboret. Ipsum quidem si audiamus, ille heic lapidem offensionis deprehendisse sibi videtur, cui impingentes tam graui lapsu prociderint interpretes, aliosque quam plurimos secum in foueam quasi praecipites dederint. Mihi vero bonus ille vir ipse sibi hic lapidem offensionis posuisse videtur, in quem impingeret. „ In „ Lege illa, inquit, diuina occurrunt ^{הרויך} ^{על ארבע} quae non integre & pleno sensu, „ sed stylo conciso ac ellipsin admittente, „ scripta esse autumant, suspicantes, ^{רגלים} „ voci ^{ארבע} ex *versu 23. Capitis XI. Leuitici* ad- „ dendum esse, vt sensus inde planus ac ple- „ nus emergat. Verum enimvero suis prae- „ iudiciis vanisque coniecturis, misere de- „ cepti, Figuram illam Rhetoricam loco in- „ tegerrimo, & omnibus numeris absoluto, „ af-

,, affinxerunt. Vocabulum enim ארבע quod
 ,, alioquin frequentissime, ceu satis notum,
 ,, quatuor denotat, hic non simpliciter per
 ,, quatuor explicandum, sed, iubente ipsius
 ,, textus *συνάφεια* & rei indole, per *pedem in*
 ,, *quatuor digitos ab ipsa natura fissum ac scissum.*
 Perperam, suisque ipsius praeiudiciis, vanis-
 que coniecturis, misere deceptus, noster
Norrelius Ellipsin in על ארבע הרולך locum ha-
 bere negat, quam haud vana coniectura ne-
 que temeraria suspitione ducti interpretes
 hic statuunt. Nam cum Ellipsis in vtroque
 Veteris & Novi Codicis idiomate frequen-
 tissime occurrit, quod breuitatis studio &
 non sine elegantia fieri b. *Glassius Philol. S.*
L. I. Tr. III. Sect. VI. p. m. 298. scite ait, tum
 inprimis circa numeros familiaris est Sacris
 Scriptoribus. In Numeralibus Ordinalibus
 quandoque deficere Numeratum, annus,
 dies, vel mensis, b. *Danzius Interpr. C. V. S.*
 226. obseruat, allegatque eius rei exemplum
 ex *Gen. VIII, 13.* cui multa similia addi pos-
 sent, cum non quandoque tantum, sed fac-
 pius hoc vsuueniat. Sic etiam ad מאה cen-
 tum nonnunquam substantiuum deesse *Glas-*
sius Philol. S. L. III. Tr. I. p. m. 580. inter alia
 dicit, de eaque re *Schindlerum* in *Lexico col.*
 908. videri iubet, quem si consulamus, cita-
 ta,

ta ab eo inuenimus haec loca: *Prou. XVII, 10. Col. VI, 3. VIII, 12.* Sed cum in his aliisque locis, quae vox deficiat & supplenda sit, facile ex contextu orationis apparet, tum id nostro loco tam clarum est, vt nemini cuiquam sine praeiudicata antecaptaque opinione ad rem attendenti obscurum esse possit. Nam vocem רגלים numero ארבע addendum esse, non solum textus συναφεια & rei indoles suadent, sed etiam ex *versu 23.* rite colligitur. Idem enim quod *v. 20.* praecceptum fuerat, *v. 23.* rei confirmandae causa repetitur. Neque aliena insolens in his est repetitio. Conferatur saltem *Deut. XIV, 11. & 20.* ceu locus nostro parallelus. Deinde non tantum *v. 23.* vox רגלים *v. 20.* deficiens diserte suppletur, sed postea quoque, cum *v. 42.* ארבע על ההוֹרֶךְ denuo occurrit, hoc ad pedes spectare nemo sanus dubitare potest, quum protinus רגלים כל מרבה עד כל subiungatur. Quis ergo sibi persuadeat, *v. 20.* eadem phrasi non idem ac hic indicari, sed Spiritum Sanctum iisdem verbis diuersa significare, atque aliam illo quam hoc loco vocem subaudiri velle? Accedit, quod aliis quoque linguis haec loquendi ratio recepta atque vsitata sit, & quamuis elliptica omnibus intelligatur. Vocem πούς inter illas esse,

fe, quas Graeci in plurali numero frequenter omittant elegantiae gratia, *Lamb. Bos* ad dictam vocem annotavit, *Libello de Ellipsis Graecis, p. m. 165. Edit. primae Schættgen.* Vnde etiam *LXX. Interpretes* locum nostrum ita reddiderunt: πάντα τὰ ἐπετὰ τῶν πετεινῶν, ἃ προέυεται ἐπὶ τέσσαρα. Pariter *Anglus: All fowls that creep, going upon all four.* Velut nos *Germani* dicere solemus: *Auf allen vieren gehen oder kriechen: & Itali: Caminar' in quattro.* Quae quum ita se habeant, frustra ellipsin hoc nostro loco impugnat *Norrelius.* Et nonne multo satius est illam hic admittere, quam voci ארבע significationem affingere plane insolitam? Proferat *Norrelius* vnum saltem locum, quo ארבע pedem notet in quatuor digitos fissum ac scissum. Si quis omnia *S. Codicis* loca perlustret, in quibus vox ארבע occurrit, nusquam aliud nisi quatuor eam significare deprehendet. Vero itaque similis fecisset auctor, si fuetum ארבע sensum seruasset, & vocabulum ארבעות id est *digitum* addendum asseruisset. Sed id rationibus ipsius, qui ellipsin hic eliminare necessarium duxit, aduersum erat. Quare quiduis fingere quam illam admittere maluit. Ne tamen nil in rem suam hic afferat, e textus ארבע & rei indole eam, quam voci ארבע

tri-

tribuit, significationem consequi contendit. Verum quod ad illam attinet, eam potius *Norrelio* refragari, & vulgatae contra sententiae fauere, iam satis vidimus. Neque indoles rei iubet, ut auctori credamus, sed magis ei fidem abrogat. Fac enim, ארבע per pedem in quatuor digitos scissum ac fissum explicandum, omnibusque iis auibus ex lege abstinendum esse, quae eiusmodi pedibus incedunt, quod tum discrimen aues mundas inter & immundas erit? Annon omnes aues, mundaе aequae ac immundaе, praeter paucas quasdam, pedibus in quatuor digitos fissis ac scissis praeditae sunt? Et quonam loco pauculae illae, quarum pedes vel pauciores vel plures gerunt digitos, habendae erunt? At forte vidit *Norrelius*, in textu *συνσφεία* & rei indole parum sibi praesidii esse. Quamobrem satis habuit, ad utramque tantum provocare, ut lectori haud satis attento fucum faceret; quo autem modo ex illis suam sententiam firmaret, non curavit. E contrario nimis quam multus & copiosus est in illustranda voce ארבע ex *Hyperboreorum Reisa*, & *Suecorum Grep*, *Latinorum carpus*, atque *Italorum carpire* & *carpone*. Cuiusmodi Etymologiae quam sint fallaces, quamque parum ad eruendam vocum signifi-

fica
Eto
mo
He
fes
ha
Gr
Gr
No
no
spa
cie
tio
fica
iici
tex
Qu
du
inp
» C
» V
» I
» a
» f
» t
fua
ter
dr

ficationem conferant, nemo non videt. Etenim hoc modo quiduis ex quouis facillimo negotio efformes. Alioquin ego cum *Hebraeorum* ארבע contenderem *Gallorum* *Griffes*, atque *Italorum* *Griffe* & *Grassi*. Sed haec, vti *Hyperboreorum* *Reifa*, & *Suecorum* *Grep*, multo rectius a *Germanorum* *Greiffen*, *Griff*, *Belgice* *Grypen*, *Greep*, deducuntur. Nobis non lubet hisce diutius immorari, sed notasse sufficit, quam longe *Norrelius* exspatiatur, vt aliquam sententiae suae speciem conciliet. Nostra autem interpretatio, quia vox ארבע in recepto sumitur significatu, & רגלים ad sensum complendum adiiicitur, haud longe petita, sed ex ipso contextu & continuatione sermonis deducta est. Quo cum *Norrelius* se premi sentiat, iucundum est cognoscere, quid ad eam rem, imprimis ad v. 23. *Capitis nostri*, excipiat.

„ Quod, ait, ad versum illum Capite ex *Levitico* citato, nihil in illo praesidii habent
 „ Interpretes, quandoquidem de monstrosis
 „ auibus agit, quae aliquando, praeter con-
 „ suetum naturae ordinem, quatuor nascun-
 „ tur pedibus. „ Quid, quaeso, est, causae
 „ suae infirmitatem prodere, nisi hoc est? Fa-
 „ teri necesse habet, *versu* 23. de auibus qua-
 „ drupedibus agi. Sed vt hoc eludat, non-
 „ nisi

nisi de monstrosis auibus id intelligendum esse caussatur, cuius tamen opinionis ne minimum quidem vestigium adest. Quid? quod ex sequentibus clarissime elucet, de eiusmodi volucris sermonem esse, quarum cadaueribus vulgo & crebrius se polluere poterant Israëlitae.

At nunc, hisce missis, §. 5. ad eos pedem refert *Norrelius*, qui per eiusdem legis verba: הַחֹלֵד עַל אֲרְבַּע אֲשֶׁר לֹא בָרַעִים מִמֶּעַל הַחֹלֵד עַל אֲרְבַּע לֹא בָרַעִים מִמֶּעַל לְרַגְלֵי לַחֹרֵץ locustas intelligi volunt. Atque hic iterum, Rhetorum more, „ multis declamitat, „ quis credere aliisue „ persuadere possit, quibus auibus nemesis „ diuina Aegyptum, Palaestinam, aliasque „ prouincias, misere olim affixerit, eas populo suo, tot aliis beneficiis exornato, tot „ miraculis claro, in cibum concessisse indulgentissimum Deum? „ Quasi vero Deus T. O. M. non possit nec soleat eandem rem in aliorum vsum, in aliorum damnum, vel in eorundem hominum nunc commodum nunc incommodum, convertere. Mitto reliquas interrogationes rhetoricas, quippe quae nihil momenti ad causam ipsam afferunt. Fatetur tamen post haec *Norrelius*, „ locustas non vnus eiusdemque generis ac „ indolis, sed contra multiplicis multumque „ dif-

„ differentis esse. Fatetur praeterea, locu-
 „ stas nonnunquam pro cibo vsurpatas fuis-
 „ se; sed raro, sed summa urgente necessi-
 „ tate; negatque inde adstrui posse, eas olim
 „ esu licitas fuisse; immo in cibum a sanctif-
 „ simo Deo datas, adserere velle, plane ab-
 „ surdum statuit. „ Digna utique haec sunt,
 quae examinentur, sique fieri possit, refel-
 lantur. Sed otium hic nobis fecit doctissi-
 mus *Theod. Hasaeus*, quippe qui, nota ad h. l.
 subiecta, cum *Libyae & Aethiopiae* populos,
 tum *Parthos*, atque adeo *uniuersas ad Orientem*
gentes, locustis, ut cibo quotidiano & gra-
 to, victitasse, *Graecis* quoque non comestas
 solum, sed & aliquando in deliciis habitas,
 idoneis veterum testimoniis confirmat, in
 eamque rem multos auctores alios conferri
 iubet. Neque olim tantum pro cibo fuisse
 cicadas, sed etiam in hunc vsque diem, tam
 a tenuioris quam lautioris conditionis homi-
 nibus, in regione *Tonquinensi*, quae *Indiae*
Orientalis pars est, inter edulia optimae no-
 tae haberi, ex *Dampierii Itinerar. L. III. c. 2.*
 probat. Addere potuisset alium eius lo-
 cum, illo priorem, scilicet *L. I. C. XV. p. m.*
316. versionis Belgicae, ubi *Dampierius* se quo-
 que hoc cibo aliquando vsurpatum, eoque sic fa-
 tis delectatum esse perhibet. Denique &

Iudaeis fuisse comeftas, ex fingulari benedictionis formula, super iis fieri folita, & *Cod. Talm. Berachoth C. VI. §. 3.* praefcripta, arguit. His ab *Hafæo* optime merito in medium allatis facile fuerit haud pauca addere. Et auctoꝝ quidem ab ipfo citatis adiungi poſſunt illi, quos b. *I. C. Wolfius Cur. Philol. ad Matth. III, 4.* allegat, tum *Excell. Deylingius Obs. SS. P. III. Obs. XXVI. §. VI. p. m. 255. fs.* quemque is cum aliis excitat, *Auguſtin. Calmetus ad Matth. l. c.* item *Chriſtian. Wormius Antiqq. Hebr. L. II. C. XV. p. 137. fs.* qui pariter ad plurimos alios provocat. Ante *Hafæum* etiam *Dampierio* teſte hac in cauſa iam uſi fuerant b. *G. Olearius Obs. SS. ad Matth. III, 4. Obs. IX. p. 86.* atque auctoꝝ der *Freyvilligen Heb-Opffer*, quae *Berolini* in lucem prodierunt, *P. II. p. 708. f.* Neque ſolius *Dampierii* fide conſtat, eſum locuſtarum hodieque gentibus nonnullis frequentari; ſed ſunt quoque alii ex iis, qui terras alio calentes ſole luſtrarunt, idem teſtimoniis ſuis confirmantes. Nobiliſſimus *Periegetes de Mandelslo Itiner. L. II. C. XVIII. p. m. 171.* incolae Inſulae *Mada-gaſcar* locuſtis veſci ſolere refert; eaſdemque *Cairi*, celebratiſſima Aegypti vrbe, venum exponi *Paul. Lucas in Deſcriptione Tertii Itineris*

ris sui, in Turciam, Syriam, Palaestinam atque Aegyptum, suscepti, P. II. L. VI. p. 194. Edit. German. memorat, quando id agit, vt, quibus in rebus mores veterum etiamnum in Aegypto feruentur, ostendat. Iucunda porro est narratio, quam *Baelius* in *Diction. Hist. & Crit. s. a. Apicius not. C. de Apicio* huius nominis tertio, gulae studio cum ceteris infami, ex *Athenaeo* affert, cum scilicet *Minturnis*, oppido *Campaniae*, genus quoddam *locustarum aquatilium*, magnitudine caneros *Alexandrinorum* superantium, comedisse, cognitoque, in *Africa* alias, immane quantum grandes, reperiri, haud mora neque magno sine incommodo illuc transmisisse: quo cum naui peruenisset, piscatores nondum egresso, cum maximis, quas ceperant, locustis obuiam factos: at illum, quum ex iis intellexisset, non esse ipsis aliarum maiorum copiam, naui haud appulsa, iussisse, vt *Minturnas* reduceretur. Hinc colligat aliquis, non *Africae* solum *Asiae*que populos, & *Graecos*, locustis vesci solitos, sed illas etiam *Romanis*, interque hos vel nepotum altissimo gurgiti, puta *Apicio*, in deliciis fuisse. Hoc tamen magis ad *locustas marinas*, cancerorum genus, spectare videtur: quanquam *Dampierius* quoque eas locustas, de quibus in *Itinerario* lo-

quitur, super aqua capi, & ab ea paruis re-
 tibus quasi despumari, narret. Sed ad pro-
 piora veniam. Quippe fuerunt & nostro
 aeuo, & ex nostratibus, qui locustas degu-
 starunt, easque cancrum & iucunde sapiuis-
 se sunt testati. *Dampierium* testem eius rei
 ἀπολογεῖσθαι iam audiuius. Belgice eius ver-
 ba l. c. ita habent: *Ik at eens van die Kost,*
en 't smaakte my zo redelyk. *Iobum Ludolfum*
Auctores Actor. Erud. Franconiae P. I. p. 20.
 commemorant aliquando Senatui Franco-
 furtano, in conuiuio, quo eum exceperat,
 praeter alia ciborum genera, locustas ap-
 posuisse. Idemque alio tempore locustas,
 A. cl̄l̄bcxciii. in Thuringiam delatas, mu-
 ria vel aqua falsa, cancrorum ad modum,
 decoquendas, tum pipere, sale, atque aceto
 condiendas curauit, cumque famulitio suo
 eas manducauit, & cancris sapore haud ab-
 similes deprehendit, eaque re non mediocri-
 ter in illa sua sententia confirmatus fuit,
 quam *Hist. Aethiop. L. I. C. XIII.* eiusque
Commentario p. 168. tradiderat, scilicet non
 modo *Iohannem Baptistam* locustis victitasse,
 sed illas quoque aues a Deo in castra Israëli-
 tarum demissas, quas vulgus Interpretum
 pro coturnicibus habet, nonnisi locustas
 fuisse: id quod *Tr. de Locustis A. cl̄l̄bcxciv.*
 edi-

edito, pluribus adstruere studuit. Huc quoque facit, quod b. *Reinbeckius Meditat. in Aug. Conf. XIV. p. 294.* in nota subiecta perhibet, ex illo locustarum agmine, quod paucis ante annis circa Berolinum confederat, nonnullas, ab vno alteroue eius rei curioso elixatas, instar cancri foco vsti rubuisse, & saporis fuisse haud ingrati. Ad Iudaeos revertamur, de quibus nunc maxime agitur. In his cum Doctores Talmudici, tum Interpretes Codicis Hebraei omnes, consentiunt, locustas quasdam sibi edules esse & lege concessas. Illi loco haud vno ea de re disputant, vt in *Chullin f. 65. 1. Auoda Sara f. 36. 1. & 2. Terumoth f. 58. 2.* Quod sane argumentum est, iam olim illam de locustarum quarundam esu licito sententiam inter Iudaeos viguisse. At hoc fieri non potuisset, nisi a maioribus certo accepissent traditum, illas a sanctissimo Deo in cibum fuisse datas. Imo & in Regum mensa apponi consueuisse, *Maiemonides Hilch. Maach. asur. C. XVII. §. 19.* innuit. In fumum ergo & ventos abeunt omnia, quae *Norrelus* contra esum locustarum hic disputauit. Neque natura & habitudo locustarum adeo repugnat, quantumvis horrendam & spurcam ipse eam repraesentet. Etenim curiosi naturae rerum inue-

Q4

stiga

stigators eas, quae lege diuina requiruntur, animalium edulium qualitates ex parte iam in locustis obseruarunt. Vt cum cl. *Frischius* *Tr. de Insectis Germaniae* illud locustarum genus, quod per tractus aduolat reuolatque, atque ex eo germanice die *Strich-Heuschrecken* denominat, idemque cum *Arbe* esse coniicit, *P. IX.* describit, *p. 14. f.* ad maiorem quidem & ampliorem remittit indaginem, num locustae illae iis gaudeant proprietatibus, quae animalibus mundis inesse debent, id est, num ruminent? at haec tamen illico subiungit: *Vngulae fissae adsunt, duosque ventriculos etiam inueni, tum dentes ad ruminandum habent.* Idem solertissimus insectorum indagator, quando *P. XII.* Operis sui locustas nostras vulgares, maiores illas ac virides, quas pro genere *Diob* habet, verbis depingit, sub finem huius descriptionis *p. 7.* eas non modo vngulis fissis, duplicique ventriculo, instructas esse, sed etiam ruminare asserit. Vix igitur, ac ne vix quidem, esus locustarum hac ex parte improbari potest. Illud autem plane absurdum & ridiculum, quod *Norrelus* locustas ex muli & asinorum cadaueribus nasci solere *Plutarcho* credi velit. Quidni potius e luna deferri, quod *Dominicus Gonsales* in *Actis Nat. & Medic. Vratislan.*

A

A. 1723. M. Martio Cl. IV. Art. III. p. 291.
 somniasse traditur, vel, si hoc non placeat,
 e terra procreari credamus? Qua opinione
 ducti Athenienses, vt se *αὐτοχθονας* esse de-
 clararent, cicadas crinium tortulis innecte-
 bant: vt *Taubmannus* ad *Plauti Amphitr. Prol.*
p. m. 14. notauit. Et primas quidem a Deo
 e terra procreatas verum est, quamuis sint,
 qui id inficientur. *Arnobium* huius erroris
 infimulat *Hier. Guil. Snabelius Amoenit. Theol.*
p. 295. Dissertiuncula de Locustis Biblicis anne-
xa: quem si audiamus, ille, ex putidis Mar-
cionitarum lacunis, locustas a Deo creatas
esse negat, inepte professus, se nescire, vn-
de sint. Ipse tamen Arnobius haud diserte
locustas, sed alia infecta, nominat, de iisque
ita loquitur, vt haud quidem prae fracte ne-
get, ea a Deo creata esse, adeo tamen du-
bius sit, vt, vtrum affirmare an negare ve-
lit, fluctuet: vt Reuer. Henr. Scharbau Obs.
SS. P. I. Obs. XII. §. VI. p. 161. mentem eius
 exponit, qui etiam ipsius ea de re verba l. c.
 affert. Sed minime mirum debet videri,
 nullas in producendis locustis partes Deo
 reliquisse *Arnobium*, qui vel animam ipsam ab
 eo creatam esse diffitetur: quod post alios
 obseruarunt celeberr. *Duumviri I. Barbeyra-*
sius in Tr. de la Morale des Peres de l'Eglise C.

IV. §. III. p. 26. J. & Gottl. Stollus in der Nachricht vom Leben der Kirchen-Vaetter L. II. C. I. §. VII. p. 203. Vtcunque autem de primis locustarum natalibus senserit *Arnobius*, nunc certe, vt omnium cum insectorum tum aliorum animalium, generationem nonnisi ex ouo fieri, Physicis exploratum est. Conf. *Iob. Clerici Physf. L. IV. C. III.* & excellent. *Gottschedii Philos. Theor. P. III. Sect. IV. C. II. §. 799. fs.* Nihil porro agit *Norrelus*, quum illustrem *Iob. Ludolfum*, quasi ipsiusmet verbis veluti cassibus iam circumuentum atque irretitum, graui Apostrophe increpat, quod *Tr. de Locustis* fateatur, locustas carnem non habere, sed simile quiddam; cum tamen ipsae Legis tabulae aues & carnes loquantur. Volucre, vt vidimus, reptile loquuntur tabulae Legis, quale locustas esse constat. De carne nulla hic mentio. Neque necesse est, eandem esse locustarum carnem, ac aliorum animalium atque alitum, vt ediqueant. Namque non omnis caro eadem caro est: vt *Apostolus* docet *1. Cor. XV, 39.*: sed alia est hominum caro, alia pecudum, alia piscium, alia volucrum, addo ego: alia locustarum. Et sufficit, eas simile quiddam carnis habere, vel saltem edules esse. Nequicquam igitur *Ludolfum* hic aggreditur *Norrelus*. Tantundem-

demque promouet, quum eundem summum Virum ad *Iobum* accuratius peruoluendum, eiusque *Cap. XXXIX.* inprimis inspiciendum, ablegat, quippe cuius *commate vigesimo* trepidationem tanquam praecipuam notam primi generis *Arbe* dicti luculenter indicari arbitratur. Ibi namque hac interrogatione:

התתן לסוס גבורה התרשישנו כארבה. *Num equo robur addes? num perterrefacies eum tanquam*
 ,, *Arbe?* satis manifeste innui ait, ,, *Arbe*
 ,, oportere animal esse meticulosum, imo fa-
 ,, ne timidissimum. Locustas autem pau-
 ,, das esse, & in fugam facile, vt loquitur,
 ,, conuertibiles, neminem, nisi reclamanti-
 ,, bus doctissimis Ornithologis, ipsaque rei
 ,, veritate, adserere posse. ,, Hinc *Muffetum*
 testem citat, referentem, agmen quoddam locustarum ex Africa delatarum ab Hispanis nulla ratione abigi potuisse. Enimvero facilis est ad haec responsio. Nam quod ad illum *Iobi* locum attinet, eum iam *Bochartus* egregie, quod solet, explicuit *Hieroz. P. I. L. II. C. VIII.* Ac primo quidem *col. 121.* posteriora verba allegata ita reddit: ,, An
 ,, fecisti, vt moueretur sicut locusta? id est,
 ,, ait, vt saltaret locustae ad instar? Sic
 ,, *Chaldaeus* pergit *Paraphrastes*, *Ierem. LI,*
 ,, 27. מיהו סלקין סוסותהון מפנכין הא כוחלא

,, Quo-

„*Quorum equi ascendant saltantes ut locustae.* Id
 „Arabice חרגל *hargiala* vno verbo dixeris,
 „eoque maxime proprio. Nam hebraice
 „חרגל *hargol* locusta est, & Arabice חרגלה
 „*hargiala* locustarum agmen. Vnde אלפרש
 „saltavit equus, scilicet more locustae, quam
 „animal esse עטוהרעמח, & a saltu *salterellam*
 „lingua vernacula dici, etiam vulgo notum
 „est. Deinde col. 122. haec addit: „Alii
 „reddunt: *Nunquid terrebis eum sicut locustam?*
 „Alii item: *An facies ut strepat sicut locusta?*
 „Sed utrosque merito reiicit *Boetius*. Illos,
 „quia הרעיש nusquam est *terrere*, sed *quatere*
 „& *commouere*, quod verissimum. Hos,
 „quia, vtut nomen רעש quandoque *strepitum*
 „sonet, & verbum רעש *strepet*, *Psal. LXXII,*
 „16., tamen haec significatio praesenti loco
 „non quadrat. Locustas enim licet *Plinius*
 „tanto pennarum stridore volare dicat, vt
 „aliae alites credantur: illarum tamen stri-
 „dor haudquaquam conferri potest cum eo
 „sono, quem excitant equi quadrupedan-
 „tes. Haec *Bochartus*. Sed demus hoc
 „*Norrelio* nostro, verbum הרעיש etiam *terrendi*
 „significationem habere, quum Arabibus רעש
 „*raasa* notet, *trepidavit, tremuit*, etsi noster ni-
 „hil ea de re dicat: tamen ne ita quidem caus-
 „sam vincet. Locustam enim animalculum
 „esse

esse pauidum, & leui momento huc atque illuc impelli, non solum omnibus & lippis notum & tonsoribus, sed vel pueris. Et quamuis integrum locustarum agmen a Deo in hominum poenam immissum haud ita facile terrore iniecto auerti abigique possit: tamen non confertur hic equorum agmen cum nube locustarum gregatim volantium; sed comparatur vnus equus vni locustae: quod pulcre iam in rem nostram *Bochartus* l. c. obseruauit. Sed satis de his.

Procedamus cum auctore nostro ad rationes, quibus inducti interpretes locustas esse arbitrati sunt, diligentius trutinandas.

» Primam, §. 6. inquit, illis suggestisse videtur male intellectum vocabulum ארבע in

» תולד על ארבע de quo ante egimus. Cum

» enim per ארבע intellexerint ארבע רגלים &

» perspectum habuerint, quadrupedes aues

» nusquam gentium dari; hinc igitur, cum

» locustas quatuor pedibus praeditas esse,

» inque numerum alitum referri posse, crediderint, has ipsas per שרץ העוף innui suspicati sunt. Ceterum hanc illorum rationem leuissimam esse, imo falsissimam, cum genuina vocis ארבע significatio, tum etiam error ille circa pedes locustarum, qui profecto sex sunt, & non quatuor tantum, ut

» his

his falso persuasum fuit, satis arguit. Huius tamen difficultati facili negotio posse iri obuiam, *Theod. Hasaeus* nota hic subiecta iam ostendit. Idque verbis *D. Augustini*, quae etiam *Bochartus Hieroz. P. II. L. IV. C. II. col. 452.* ex parte allegat, quibusque ille Legem negat computare in pedibus duo posteriora crura, quibus locustae saliant. Possesse vero etiam locustas dici *הרובים על ארבע* quod quatuor instructae alis procedant, ipse *Hasaeus*, dubie quidem, proponit, quod mihi haud verisimile videtur, cum ob verbum *הרוב* particulae *על* iunctum, tum quod haud aliam vocem ad *ארבע* subaudiendam esse quam *רגלים* sequentia euincant. Ceterum distinctionem illam adductam inter quatuor pedes & duo crura verbis *R. Levi Bar-Zelonitae* ex *Hottingeri Iure Hebr.* confirmat. Quibus alia gemina ex aliis Rabbiniis addi possent, siquidem res iis conficeretur. At *Norvelius* haec susque deque habet, & contra ad *C. Plinium Seniore* & *Aristotelem Stagiritam*, impigerrimos illos rerum naturalium indagatores, prouocat, quorum vterque omnibus locustis pedes senos tribuat. Verum hic, qui *εξάρωδα* vocat, expresse monet, se in illis sex pedibus eas etiam partes connumerare, quarum enixu saliant. *Ἐξάρωδα δὲ,*

ait,

ait, γὰ τοιαῦτα πάντα εἰσὶ, σὺν τοῖς ἀλτικαῖς μορίοις.
 In quibus verbis ἀλτικὰ μόρια, partes saltato-
 rias, dici palam est illa duo crura, quae *Mo-*
ses locustam habere scribit, ונתר בהן על הארץ
 ut iis saliat super terram. Ita iterum probe *Bo-*
chartus l. c. Ille vero, nempe *Plinius*, qui
Stagiritae dicta contraxit, itidem nouissimos
 locustarum pedes longos a reliquis discer-
 nit, dum *Hist. Nat. L. XI. C. 48.* Quae ex
 his, inquit, nouissimos habent longos, saliant, ut
 locustae. Atque his demum subiungit verba
 ab auctore nostro citata: Omnibus autem his
 seni pedes: scilicet nouissimis illis longis,
 quorum enixu saliant, connumeratis.

Alteram dehinc rationem a se dissen-
 tientium §. 7. sibi examinandam sumit *Nor-*
relius, quam quidem in eo ponit, quod pro
 ו אשר לו כרעים אשר לא כרעים legerint, voci-
 que כרעים crurum significationem tribuerint,
 vel, ut ipse loquitur, affinixerint, & hoc
 modo latine reddiderint: *habet crura super*
pedes; enunciatione videlicet negante in
 aientem conuersa. Quid sodes, dicunt, ipse
 propterea cauillatur, quum crura supra pedes
 dicunt? Quodnam ex animalibus crura infra pedes
 habet? Omnes omnino aues crura habent supra pe-
 des: Ergo habere crura supra pedes, non potest esse
 auium haruncce nota characteristica. Sed quum
 ipse

ipse e contrario rem negatiue exprimi velit,
 & vocem כרעים interpretetur *ungues*, eosque
praelongos & praeacutos, (ita enim genere
 masculino, non, vt in *Schediasmate* ipsius,
 typorum forte vitio, factum, foeminino,
 efferendum est) ממשל לרגלי autem non sim-
 pliciter *in digitis*, vt ipse supra vertit, sed
 proprie *ab eminentia vel superiore parte pedum*,
 i. e. super aut supra pedes, significet; liceat
 vicissim ita interrogare: *Quid sodes, dicit Nor-
 velius, quam ungues non ab eminentia vel superiore
 parte pedum, vel super aut supra pedes, esse dicit?
 Quodnam ex animalibus ungues supra pedes habet?
 Omnis omnino avis ממתח לרגלי ab inferiore parte
 pedum vel infra pedes ungues habet: Ergo non ha-
 bere ungues supra pedes, non potest esse auium ipsius
 nota characteristica.* Age vero, rem serio pu-
 temus. Vocem כרעים nihil aliud nisi *crura*
 notare, ex inductione omnium locorum,
 imprimis *Pentateuchi*, extra quem tantum
Amosi III, 12. occurrit, satis patet. Consen-
 tit lingua Arabica, in qua & *crura* aliorum
 animalium, & locustarum speciatim, signifi-
 cat, vna cum Etymo כרע *incuruauit se vel in-
 flexit*, quod crurum est, & genuum, quae ad
 illa pertinent. Et locustarum pedes illi
 praecipue, quorum enixu saliant, haud vllò
 commodiori vocabulo exprimi poterant,
 cum,

cum, quod ceteris longiores sunt, tum, quod eos primum inflectendo & deinde rursus connitendo de terra attollantur. Suffraginem enim intus flecti necesse est, quod nulli crurum priorum datum: docente *Aristotele de Part. Animal. L. IV. C. 6.* Equidem *Norrelius* vocabulum כרעים generatim infimos pedes notare perhibet, quod ex *Leuit. VIII. 21.* & *Talmudico דורגולא כרעי* recte obseruatum *Relando* contendit. Ego vero non video, qui significatus iste ex illo *Leuitici* loco, cui alii plures eodem libro respondent, elici possit. Num enim infimi tantum victimarum pedes, & non integra potius crura, vna cum intestinis, atque toto adeo ariete, in ara adoleri oportebat? Vel si vera est interpretatio auctoris, num etiam agni paschalis infimi tantum pedes, non item superiores, comedendi erant? Vid. *Exodi XII. 9.* Quod autem ad illud *Talmudicum כרעי דורגולא* attinet, id *Cod. Berachoth C. I. f. VI. c. 1.* habetur; sed neque *Buxtorf. Lex. Talm. p. 1099.* neque *Edzardi*, qui illud Caput latine redditum, atque annotationibus illustratum, edidit, p. 48. aliter quam absolute pedes verterunt. Sed vincat *Norrelius*, eam esse veram vocis כרעים notionem, quam vult. num inde sequitur, vt speciatim vngues

R

eos.

eosque praelongos & praeacutos, quales
 sunt aquilarum, accipitrum, falconum, ce-
 terarumque avium rapacium, notet? Vel
 vnum hic locum proferat, quo vestigium
 eius notionis expressum existet. Sane hunc
 significatum Auctor *Keri & Chetibh* perspe-
 ctum non habuit, quia nusquam apparet.
Norrelius quidem inde causam arcessit vocis
 ם per ׀ in locum particulae ם, quae in con-
 textu orationis posita est, ad marginem sub-
 stitutae, „ quod auctor *Keri & Chetibh* per-
 „ sentisceret, nullum pene sensum in *Chetibh*
 „ esse, si ם cum *Aleph* legeretur, & expo-
 „ neretur per non, quia tum hic sensus
 „ emergeret: Omne de volucris, quod
 „ crura non habet supra pedes; idque eo
 „ consilio fecisse existimat, vt sensus contra-
 „ rius ex verbis istis eliceretur, nimirum
 „ quod sint aves habentes crura supra pe-
 „ des. „ Mea autem de *Keri & Chetibh* haec
 est haeresis, illud non consilio, sed casu, ex
 hallucinatione maxime & vitio librariorum,
 esse primo enatum. Cuius meae sententiae
 haec habeo rationes. *Prima* est, quod in
 scribendo cum veteres librarii morem secuti
 sunt, vt nihil in serie scriptionis corrige-
 rent, ne librum lituris deturparent. Quum
 vero aliter fieri non posset, quam vt inter-
 dum

dum in describendo laberentur, hinc euenit, vt, si non ipsi, alii tamen, qui iis libris postea utebantur, in margine annotarent, si quid aberratum deprehenderent. Deinde idem probo ex diuersitate *Keri* & *Chetibh*, quae in Codicibus MSS. atque editis, si illi vel secum inuicem vel cum his conferantur, sese exserit. Namque in MSS. *Keri* marginale in ipso textu nonnunquam conspicitur, nota marginali nulla apparente; aliquando *Keri* & *Chetibh* ita permutari, vt, quod impressis est *Chetibh*, in MSS. sit *Keri*, &c. testis est *S. R. Dan. Ern. Iablonski Praef. ad Bibl. Hebr. Berol. §. 13. Conf. b. I. C. Wolfii Bibl. Hebr. P. II. L. III. C. II. §. XXIV. p. 508. & S. R. Ioh. Gottl. Carpzouii Critic. S. V. T. P. I. C. VII. §. V. p. 347. Adde, quod Iudaei lectiones margini adscriptas semper sequantur legendoque exprimant, quod utique argumento est, eas pro correctionibus in hac gente habitas fuisse antiquitus. Mitto illud, quod ex punctis vocalibus η *Chetibh* substratis, & η *Keri*, sicubi hoc alia postulet, respondentibus, duci poterat argumentum. Sed quaecunque alia lectio sit praefenda, nostro certe loco η *Keri* siue lectioni ad oram Codicis notatae priores partes deberi videntur. *Primo enim cohaeren-**

tia sermonis istud suadet. „Nempe *versu*
 „20. prohibetur esus omnis insecti, volucris
 „& quadrupedis. Sed excipiuntur *verso*
 „vigesimo primo insecta volucra, quae,
 „praeter quatuor pedes, habent duo crura
 „saltatoria, vt quatuor locustarum genera,
 „quae nominantur *versu* vigesimo secundo.
 „At qui lectioni in serie textus scriptae in-
 „haerent, sic agunt, quasi ex reptilibus,
 „seu insectis, volucris & quadrupedibus,
 „Lex solum illa concederet, quae non ha-
 „bent crura illa saltatoria. Quo posito,
 „cur statim addit, comedetis locustam,
 „quam maiora illa crura habere nemo ne-
 „scit? „Ita iam *Bochartus* lectionem, quam
 „vocant marginalem, vulgo *Keri* dictam,
 „contra *Fr. Junium* vindicauit atque asseruit,
 „qui *70 Chetibh* secutus affirmatiuam mutauit
 „in negatiuam contra mentem legis apertissi-
 „mam, vt Vir ille summus ait, *Hieroz. P. II.*
 „*L. IV. C. II. col. 451.* Altera ratio, cur *70 Ke-*
 „*ri* hic antehabendum iudicem, haec est,
 „quod *Chetibh* analogiae & proprietati he-
 „braeae linguae repugnet. Quid enim est
 „אשר לא כרעים quod non crura? Scripturus po-
 „tius fuisset diuinus Legislator, vt ante *v. 10.*
 „& *12.* אשר אין-לו vel saltem לא אשר cui non
 „(sunt) crura, Accedit denique consensus
 „omni-

omnium pene Interpretum. „ Ita enim legunt *Hebraei* omnes. Neque aliud sequuntur *Græci*, *Hieronymus*, *Chaldaei* duo (*Ionan* & *Onkelos*) *Syrus*, *Arabes* quatuor Interpretes (quos *Bocharto* consulere licuit, excusi duo, & duo manuscripti in *Suecia*) *Samaritanus* &c. ne dicam *hebraicum Samaritanorum* exemplar habere in ipso textu ב per *Vau*, non per *Aleph*. „ Haec *Bochartus* l. c. col. 452. Eandem lectionem tenent *Europæae* *Versiones* pleraeque, *Vulgata*, *Gallica*, *Italica* *Diodati*, *Anglica*, *Belgica*, utraque *Judaico-germanica*, *Athiae* & *Iekuthielis*. Ex iis ipsis, qui alias כ *Chetibh* pertinaciter tuentur, b. *Danzius* hoc loco כ *Keri* sectatus est, *Interpr. C. IV. §. 154. p. 184. not. (g)* quod merito mireris. Sunt tamen etiam cum ex *Judæis*, ut *R. Abendana* in *Spicilegio* ad *Michlal Iophi*, *R. Iom Tobh Lipman* in *Additionibus* ad *Chullin C. III. M. 7.* aliique, cum ex *Christianis*, inter quos est *Reuer. Dachselius* in *Bibl. Accentuat. in Len. XI, 21. p. 282. f.* qui *Keri* & *Chetibh* componere student: ne dicam de iis, qui ב acque affirmatiue ac כ exponendum esse hoc & similibus locis contendunt, ut b. *Hillerus* in *Arcano Keri & Chetibh p. 65. f.* & *Cel. Michaelis Annot. ad Cod. Hebr.* Illorum, nempe *Judæorum*, mens

R ;

est,

est, scribi אב per Aleph, & legi ו per Vau, eo quod etiam illae locustae, quae nondum crura habeant, at habiturae tamen sint, ubi creuerint, pro mundis sint habendae. Conf. *Maiemonides de Cib. Vetit. C. I. §. 23.* & *Poli Synopsis in Leu. XI, 21.* Verum concedamus hic iterum auctori nostro, 7^o *Keri* flocci faciendum, & contra 7^o *Chetibh* inhaerendum esse, quid tum? An sic nullus sensus in *Chetibh* est, si de locustis exponatur locus? Est sane nihilominus, quod patet ex iis, quae Vir clarissimus *Marcus Woeldike* ad *Maiemonidae Tr. de Cibis Vetitis C. I. p. 20. f.* annotauit. Falli scilicet ille putat *R. Obad. Bartenurium Comment. ad Tr. Chullin. l. c.* incaute nimis 7^o *Keri* secutum *Leu. XI, 21.* „ Cum enim „ secundum 7^o *Chetibh* permittatur earum locustarum esus, quae non habent crura longiora siue malleolos supra pedes suos; unde non male colligi possit, in licitis locustis haec crura infra reliquos pedes locum suum habere; illum intellexisse; Cui sunt crura supra pedes suos, nimirum prope collum: cum tamen *אנולפיה* doceat, adnasci haec crura locustis infra reliquos pedes, ita vt a coxis sedentium pedes includantur, genuaque, non autem coxarum capita, collum tangant; „ id quod etiam
ex

ex *Aristotele* confirmat. Equidem haec in medio relinquo, fallaturne *Bartenurius*, 7^o *Keri* sequens, an non? Si fallitur, non solus fallitur, sed falluntur cum eo alii, ut vidimus, plurimi, Interpretes & Commentatores, Iudaei pariter & Christiani. Quod autem locustis crura esse ait supra pedes, prope collum, in eo praeiuit ipsi *Raschius*, Interpretum Ebraeorum Coryphaeus, convenitque cum auctore *Michlal Iophi*, &c. Ceterum id ipsum est, quod doctissimus *Woeldike* ex *אבן עזר* refellere conatur. Et habent utique locustae, quas quidem nos nominamus, non parte priora, sed posteriore, crura illa, ad gubernaculorum effigiem condita, ut *Aristoteles* loquitur. Sed ut varia sunt locustarum genera: ita *Bartenurius*, & quem ipse sequitur, *Raschius*, ceteri, ea esse licita esu existimant, quae crura non parte posteriore, sed priora, prope collum vel caput, habeant. Cuiusmodi nunc in rerum natura existant, alii curatius indagant. Pedes locustarum posteriores semper anterioribus longiores esse, D. *Scheuchzerus* in *Bibl. Phys.* ad locum nostrum observavit. Neque tamen, si tales locustae non dentur, ideo illi causa ceciderunt, qui 7^o *Keri* tuentur. Ipse ego, ut verum fatear, haud ita facile

ra altiora pedibus ipsorum. Plura his addere, nil attinet. Commonstrasse sufficit, etiamsi לל cum Aleph legatur, & exponatur per non, sensum satis sibi constare, nec omnino nullum esse, secus atque *Norrelius* opinatur, neque adeo *Chetibh* obstare, quo minus locus de locustis explicari possit.

Porro quemadmodum in voce ברעים transferenda plurimum lapsos esse interpretes & hallucinatos *Norrelius* arbitratur, sic idem §. 8. existimat „factum in לנתר *לנתר*, ברין, quae priora ista proxime excipiunt, „latine exprimenda, dum eam per salire verterunt, cum tamen, ut quidem ipse dicitur, per *discerpere, vulnerare, & dilacerare*, „oportuisset vertere. „ Vltro quidem fateatur, in Hebraicis Lexicis neque hanc significationem reperiri; adseuerat tamen, hanc ei nativam esse & genuinam. „ Nam id „non modo ex vi ac tenore ipsius legis, verum etiam ex Arabica Lingua, colligi posse. Arabibus enim נתר *natarā* esse *vi trahere, rapere, נתר nataron, confossionem violentam.* „ Hinc igitur disci perhibet, „verba לנתר ברין על הארץ, „quo aves rapaces mites ac innoxias furtim „e terra abripiant, dilacerent atque discerpant. „ Ego vero hic non vrgebo omnium.

um, quos cum Oriens praecipue tum Occi-
dens tulit, interpretum in *עָרַע* illa per *salire*
transferenda consensum, nec quod Lexica
Hebraica hanc eius significationem tradunt,
quamuis vtrumque auctori nostro non omni-
no nil praeiudicet. Ad usum vocis tantum,
quem in aliis Codicis Hebraei locis obtinet,
nunc maxime prouocabo. Nam quanquam
Abenefra ad *h. l.* eam dictionem habere fra-
trem, i. e. vllibi amplius in Sacris Litteris re-
periri, neget; id tamen nonnisi de forma
Piel intelligendum. Occurrit enim cum in
Kal, *Iob* XXXVII. i. tum alias saepius in
Hiphil. Nullibi autem *vi trahere, rapere*, quod
auctor vult, reddi potest; sed generalis
significatus, qui in omnia loca quadrat, est,
expedire vel soluere & mouere loco. Atque idem
nostro *Leuitici* loco conuenit, quo locustae
expedire vel mouere se loco dicuntur, quod
cum *faliendo* fiat, haud inepte Interpretes
per *salire* verterunt. Quae cum ita habeant,
frustra auctor vel ad vim ac tenorem ipsius
legis, vel ad Arabicam Linguam, se refert.
Lex enim plane aliud loquitur, quam auctor
sibi aliisque persuadere cupit, vt ex dictis
apparet. Arabica autem lingua vsui vocis
Hebraico nil quicquam derogare potest,
quum eadem radices diuersissimos saepe,
quin

quin imo contrarios significatus, diuersis in linguis, etsi cognatis, atque inprimis etiam in Hebraica & Arabica, obtineant. Ex plurimis eius rei exemplis vt quaedam saltem, in quibus oppositus est sensus, speciminis loco afferam, hebraicum *נבה* notione volendi gaudere constat; at non aethiopice tantum, sed arabice etiam, est nolle: vt *Maïmonides More Neuch. P. II. C. 29.* sub initium, *Edit. Iesnit. f. 73. b.* & *Golius in Lex. Arab.* docent. Hebraicum *נבר* idem est ac *perit*; contra eadem radix Arabica, *perennauit*. Hebr. *זרם* est *innundauit*, Arab. *retro meauit aqua vel vrina*, item *tenax vel avarus fuit*. Hebr. *חמאה* est *butyrum*, Arab. *coenum nigrum*. Quamobrem neque de aliis, neque hic de verbo *נתר*, simpliciter, sed nonnisi ceteris paribus, ex Arabica Lingua statui potest. Quod si tamen vel maxime ex ista nostrum illud verbum illustrare placeat, an ea propter cum *Norrello* stare opus erit? Quid si potius radicem Arabicam *נת* per *n* punctis insignitum, quae *spargere* vel *dispergere* notat, cum nostro *נתר* conferamus, quod celeberrimo *Michaëlis ad Habac. III, 6.* in mentem venit? Neque vero non locustis quoque raptio tribui potest, etsi non aequè pedibus postremis, vel cruribus, atque anterioribus, ad il-

lam

iam uti videantur. Quare qui locustas hic indicari volunt, crura parte priore, prope collum, habentes, haud difficulter auctori in significatione vocis נחל decernenda assentiri possunt, ut nihilominus in ceteris ab eo dissentiant. Sed tutissimum est, & regulis bonae interpretationis quam convenientissimum, in usu vocis aliis locis congruo persistere. Liceat & hoc notare, id, quod additur על הארץ, magis fauere nostrae quam Norrelianae sententiae. Nam quid attinebat hoc adiciere, quum aves rapaces non solum super terra, sed in aëre etiam, alias aggrediantur & corripiant? Recte autem dicuntur locustae *mouere se loco super terra cruribus suis ad salendum comparatis*, cum id per aërem facere nequeant.

Denique §. 9. hanc nostram rationem, eamque, quod ipse fatetur, longe maximam, infirmare ac diluere connititur noster, quod multis Sacrae Historiae locis vox ארבה locustas denotare, & vox חגב in Litania Salomonis, qua Deo templum consecrat, idem significare deprehendatur. Nam cum ex eo collegerint interpretes, vocum חגב & ארבה, quae sunt inter ἀπαξ λεγόμενα, consimilem esse significationem, praesertim cum ceteris in eodem commate accenseantur; *Norrelius*
con-

contra perquam notum esse ait, idem vocabulum *δυσσύνετος* res diuersissimas denotare. Cuius rei cum ipse nonnulla allegat exempla, tum Th. Hasaeus nota supposita idem ipsa voce *locusta* confirmat. Quod etsi verum est, nusquam tamen sine necessitate ac temere a significatione vocis maxime vsitata esse recedendum, & rationi consentaneum est, & regulae interpretationis dicitant. Deinde necesse est, diuersam vocis alicuius significationem iam aliunde prius esse cognitam, quam loco obscuro & controuerso applicetur. At neque necessitas hic vlla, vt vidimus, a recepto vocum sensu discedere iubet, nec ex quoquam loco alium euincere potest auctor significatum. Vox ארבה plus viciis in Codice Hebraeo occurrit, nec aliud vnquam nisi locustam denotat. Ceterum nomen illud deducunt vulgo a רבה, *multiplicari*, vel *multum siue copiosum esse*. Nec *obscurum*, inquit Bochartus Hieroz. P. II. L. IV. C. I. p. 442. *cur a copia locustae nomen traxerint, cum nullum animal sit foecundius*. Sed rectius ארבה pro essentiali haberi & deriuari ab Arab. *incubuit rei, instilit, item indigentia laborauit*, b. I. A. Kromayerus de *Vsu Linguae Arabicae*, L. II. ad Iobi Cap. XXXIX, 20. p. 213. arbitrat. Et certe etiam Golius *Lex. Arab. s. r.*

ארוב *p. 64.* cum Hebr. ארובה fimilem vocem Arabicam ארוביאן confert, quae locustam marinam, eamque magnam vel parvam, significat. Vox vero חגב quatuor locis, praeter nostrum, habetur, nec eadem quicquam aptius vllibi quam locustam designare potest. De loco *Coh. XII, 5.* tantum ambigunt Philologi, quippe quo nomen חגב *Bochartus Hieroz. P. II. L. IV. C. VIII. p. 494.* & *Hillerus Hierophyt. P. I. C. XXII. p. 221.* ex lingua Arabica *caput femoris siue coxae* interpretantur, alii aliter. Sed neque hic vlla nos vrget necessitas, vt a significatione locustae alias consueta abeamus, quam etiam plerique Interpretes, diuerso licet sensu, tenent. Atque eam ipsam *Abenesra ad Leuit. XI, 21.* ex Arabia repetit, quum ירוק מלשון ישמעאל *ex lingua Ismaëlitica notam esse, scribit.* Id quidem falsissimum *Bochartus Hieroz. P. II. L. I. C. I. p. 444.* pronunciat: „quamuis enim apud Arabes quam plurima sint locustarum nomina, tamen huic simile nullum occurre- re. Interim originem vocis posse esse Arabicam concedit, quod Arabicum verbum חגב *chagaba* *velare* significet. Vnde locustas חגבים dictas fuisse putat, quia, cum turmatim volant, Solis lumini velum videntur obtendere. „ At nec *Abenesrae* as- fer-

fertum omnino falsum mihi videtur, quod pace manium Viri summi *Bocharti* dixerim. Etenim si vocis חגב primam saltem litteram per aphaeresin demas, habes גב, quod locustas Arabibus notare *Golius Lex. p. 461.* testis est. Quaecunque autem *Abenesrae* mens fuerit, id volo, quum ארבה & חגב aliis Codicis Sacri locis locustas significant, hoc saltem discrimine, quod alibi fere generalius poni videantur, nostro quoque loco eidem vocum significatui merito insisti, donec alium eis tribuendum, earumque homonymiam, probauerit noster *Norrelius*. Iam cum ארבה & חגב locustae sint, facile existimari potest, סלעם etiam & חרגול illis interposita eiusdem generis esse. Nec etyma harum dictionum repugnant, quin id confirmant. Namque סלעם commode deriuatur a Chaldaeorum סלעם, quod vorare, absumere, notat, & locustarum est. Altera autem vox חרגול ex Arabica lingua illustrari potest, qua חרגולה *hargiala locustarum agmen* esse iam supra ex *Bocharto* audiuius. Etiam *Syris* idem nomen est locusta maior. Radix Arabica חרגול est longo agmine ferri, item saltitare. Ex priore significatione deducit *Bochartus*. Mihi cum *Ioh. Simonis* in *Arcano Formarum Hebr. L. p. 650.* magis placet posterior. Sic enim non solum

lum Gr. ἀσπίς vel ἀσπίς, quod cl. *Simonis* affert, est ab ἀσπίς salio; sed in aliis etiam linguis locuta a saliendo nomen traxit. Gallice hinc dicitur *sauterelle*, Italice *saltarella*, Anglice *Grass-hopper*, Belgice *Spring-baan*, in Saxoniam inferiori ein *Sprengsel*. Germanorum quoque *Heuschrecken* eodem ex fonte fluxisse ostendit clariss. *Frischius* in *Beschreib. der Insekten* P. IX. p. 2. Nihil tamen impedit, quominus ex utroque radicis Arabicae significatu vox חרגל deducatur, cum uterque locustis pene aequo iure competat. *Vulgatus* חרגל *ophiomachum* interpretatus est, ut LXX. ὀφιομάχος, quos defendit *Edm. Castellus* tum in *Lex. Heptaglotto*, tum in *Oratione* quadam, in *Academia Cantabrigiensi* habita, cum praelectiones suas in secundum *Canonis Avicennae* librum auspicaretur, editaque *Londini MDCLXVII. p. 27. f.* Est autem hic *ophiomachus* non lacertae genus, uti in *Lexico Fabri Edit. Stubel.* allegato nostro *Leuitici* loco, explicatur, sed locustarum genus, ut *Hesychius*, ex eoque *Scapula*, exponunt. Atque ex his fati liquet, nec significationem vocum ארבה & חרגל, quod *Norrelus* criminatur, factam, & ex ea de סלעים & חרגל haud obscure statui posse. Ceterum istis titulis quatuor genera intelligi, non certas tantum

spe.

species, *Norrelio* haud inuiti largimur. Id enim in locustas quoque conuenit, quarum diuersa esse genera, eorumque diuersas species, non Iudaei solum perhibent, sed & alii docent. Octingentas esse locustarum mundarum species, cum Iudaeis in exilium babilonicum digressas, *Cod. Talm. תענית f. 22. col. 2.* inque *Libro רבות* sub finem *פתיחת איכה רבתי* *f. 292. col. 1.* traditur, quod quidem credat Iudaeus Apella. Vero propius est, quod alii doctores hebraei, cum talmudici, tum reliqui, ex nostro loco quatuor locustarum mundarum genera statuunt, singulisque peculiarem insuper quandam speciem assignant. Illi ea de re maxime differunt *Cod. חילין C. 3. f. 65. f.* cuius loci particulam videsis latine redditam in *B. Scheidii Praeter. Praeterit. insertis celeberr. Meuschenii Nou. Test. ex Talm. illustrato, p. 47. Conf. Boeb. Hieroz. P. II. L. IV. C. II. c. 451.* Id saltem ex h. l. notare liceat, quomodo quatuor illa locustarum genera differre doceant magistri: ita scilicet, vt *חרגול* habeat *gibbum & caudam*, *נעטרם* *gibbum sine cauda*, *חרגב* *caudam sine gibbo*. Quae autem iis singulis subiectae sint species, verbis *Maimonidae e Tr. de Cib. Vetit. C. I. §. XXI.* describere placet, & primo quidem ex versione cl. *VVoeldike: Species,*

inquit, cicadarum, quibus vesci permittit Lex, sunt octo, videlicet istae: 1. Cicada cercops: 2. Species cicadae, quae est הדוכנית: 3. Acheta: 4. Species Achetae, quae est עוצרניא: 5. Locusta: 6. Species locustae, quae est צפורת כרמים: 7. Attelabus: 8. Species attelabi, quae est יוחנה ירושלמית. Sed cum ex hac versione non pateat, ad quod nomen hebraicum generum quodque referatur, addam quoque ipsa *Maiemonidis* verba: מני חגבים התירה תורה שמנה ואלו הן: א חגב ב מין חגב שהוא הדוכנית ג חרגול ד ומין חרגול והוא עוצרניא ה ארבה ו ומין ארבה והוא צפורת כרמים ז סלעס ח ומין סלעס והוא יוחנה ירושלמית. De quibus *Maiemonidae* dictis et si quaedam moneri possent, imprimis, prout ea latine expressa sunt, tamen, cum haud multum conducere videam, manum abstinco. Equidem nunquam haec ad liquidum perductum iri credo. Neque *Norrelius* id a nobis postulare potest, quum is ipse determinare nequiverit, quales aves per illa nomina indicentur, quod tamen ipsum decuisset ostendere, qui certiora & saniora nos docere volebat. *Herbiuoras* quidem, *Vermiuoras*, *Graniuoras*, & *Bacciuoras* aves loquitur: sed eam rem excutere, legibus, quibus iustae magnitudinis *Dissertatio* circumscripita sit, prohiberi se inepte simulavit, eo quod impeditum hic

hic se sentiret. Nec, quem sub finem suae
 scriptionis nos sperare iussit, locum ex לוי
 ante citatum, cum versione & notis a se
 edendum, postea prodiisse arbitror, certe
 nescio. Id scio, & *Norrelium* nihil sani de
 eo per hypothesein allaturum fuisse, & omni-
 no parum lucis rei nostrae hinc accensum
 iri, cum etiam eruditissimus *Bochartus* ex lo-
 co illo vix quicquam certi elici posse fateat-
 ur. Idemque hic in vniuersum valet, quod
 alius Philologus, *Bocharto* suppar, *Eduardus*,
 nempe *Poockius*, ad *Ioel. I, 4.* de Arbo & con-
 generibus, quae ibi memorantur, insectis
 iudicat. „Difficulter, inquit, ne dicam
 „prorsus non, ad cognitionem illarum.
 „(creaturarum) peruenturi sumus, nec,
 „qua sint forma, quaeque earum propieta-
 „tes sint, cognoscemus, nisi quis regionem
 „illam ingressus oculis eas perspexerit, no-
 „menque cuiusuis auribus perceperit. At
 ne sic quidem, opinor, ad certitudinem ea
 in re pertingemus, quum nomina locusta-
 rum antiqua valde immutata fuerint, eae-
 que nunc multo aliis ac olim appellationi-
 bus veniant. Neque nostra multum refert,
 haec distincte nosse. Satis erat, vigente
 Politia Iudaica, illa huic genti perspecta
 fuisse. Nobis autem sufficit scire, varia ef-

fe & genera & species locustarum mundarum. Quod si Iudaeis non credas, ad Graecos atque Arabas, variis quippe vfos nominibus, quibus locustas distinguerent: vt *Bochartus* docet *Hieroz. P. II. L. IV. C. I. p. 446. fs.* Add. *Pocockius l. c.* Quid multis opus? Ipse *Norrelius* supra largitus est, locustas non vnus eiusdemque generis ac indolis, sed contra multiplicis multumque differentis esse; idque *Thomam Musssetum*, qui *minimorum animalium Theatrum* edidit, pulcherrime scribit ostendisse. Ex recentioribus idem commonstrauit *Frischius* in *Beschreibung der Insecten*, P. IX. p. 3. fs. & P. XII. p. 3. fs. Praeterea in Museis eruditorum & naturae speculatorum varii generis locustas adseruari scimus. In his est *Museum Linckianum*, quod *Lipsiam* ornat, in quo quae habentur XVII. locustarum genera, ipse possessor in *Actis Nat. & Medic. Vratislau.* ex iisque *D. Scheuchzerus Bibl. Phys. P. II. p. 435.* recensuit & repraesentauit, indicio simul facto, quae illarum cum Mosaicis nostris conuenire videantur. Quae cum ita sint, nulla omnino apparet causa, cur in castra *Norrelii* transeamus. Et forte ipse *Norrelius* nunquam in eam, quam tuetur, sententiam incidisset, nisi ab alio in illam fuisset inductus, quamquam

quam disertam eius rei mentionem haud faciat. Tantum sub finem dissertationis ait, „exquisitiorem magisque operosam huius „argumenti tractationem a nobilissimo Vi- „ro Olauo Rudbeckio, Academiae Vpsa- „liensis Doctore & Professore excellentissi- „mo, expectari.„ In lucem vero deinceps emissum est *Olai Rudbeckii Philologema Etymologicum* (quamuis nec mihi nec cel. Scheuchzero, qui illud l. c. conferri iubet, visum) *Biblici Nominis Dei, Schaddai, nec non Talmudici Nominis Messiae, Metatron, una cum vindiciis Auium, Arbe, Solam, Chargol & Chagab, Leuit. XI. quae suppresso veri Autoris nomine Schediasmate quodam prodierunt per Andr. Norrelium Suecum, Amstel. ap. Sam. Schonvvald 1720. 8. Adiecta huic Schediasmati Oratione de iisdem Aui- bus Vpsaliae pro deponendo Rectoratu Academico habita A. 1715.* Atque hinc, quam personam sibi sumserit Norrelius, discas, quidue causae sit, cur in Schediasmate suo crebrius more loquatur rhetorico, &c. Nempe labore alieno partam gloriam verbis saepe in se transmouet, qui habet salem. Atque epistolae iam modum hanc de locustis scripturam excedere conspicio. Quare ne diutius locustas imiter, a locutione, ut quibusdam placet, ita appellatas, cum tam
lo-

loquaces sint, ac cicadae, quas volunt esse loquacitatis symbolum *Athenaeus* atque *Aelianus*, TIBI, Vir plurimum Reverende, pluribus obstrepere & molestus esse desino. Vale. D. Petri-Auraci, ante Idus Sextiles, A.
 clō lccc xxxxi i i.



Nach

H
 de
 ren
 Le
 ta.
 tur
 qu
 co
 lar
 tio
 her
 ea
 me
 fer
 me
 illa
 pri
 qu
 cis
 in
 for
 pec
 tan

P. S.

EXscripta iam typis Epistola mea, TVAE mihi, VIR Plurimum Reuerende, redduntur litterae, cogitata secum ferentes Virorum quorundam eruditorum ad *Leuit. XI, 20. s.* manu cuiusque consignata. Ex quibus magnam cepi voluptatem, tum, quod Auctores praestantissimos in eo, quod caput caussae est, mecum consentire cognoui, tum maxime, quod in illis singularia quaedam, ad vberiore[m] rei declarationem facientia, praeclare notata deprehendi. Inprimis iucundum mihi fuit legere ea, quae illorum Virorum quidam, qui nomen suum haud expressit, de draconibus serpentibusque alatis & quadrupedibus in medium attulit. Equidem ipse in scheda illa, qua ad quaestiones abs TE transmissas primum respondi, iam hariolatus fueram, quod TV, VIR Optime, iuxta cum Amicis illis Tuis venerandis probe meministi, in terris, quas sol lustrat oriens, eiusmodi forte reptilia gigni, quae & alata sint, & pedibus nonnisi quatuor incedant. Hanc tamen coniecturam in Epistola mea silentio


T

tio

tio praeterii, quoniam haud multum contra *Norrelium* ea me profecturum credebam. Postquam autem Amicus ille TVVS doctissimus, praeter dracones, quos alis & quatuor pedibus uti perhibet, genus etiam quoddam serpentum alatum & quadrupes in insula *Ceylano* reperiri, atque incolis incupediis esse, ex *Wintergersii Itiner.* p. 239. docuit, id ego lubens admitto, *Norrelioque*, si vocem ארבע *Leuit.* l. c. pertinaciter urgeat, opponi posse arbitror. At est nihilominus, ne quid celem, vnus item & alter scrupulus, qui me vexat. Primo suspensum me tenet, quod, post *Aristotelem* & *Augustinum*, magnus *Bochartus Hieroz.* P. I. L. I. C. IV. p. m. 23. & P. III. L. III. C. XIV. p. m. 433. cumque eo experientissimus quoque *Scheuchzerus Phys. S. Iobi* p. 259. se cum serpentes tum dracones pedibus, atque hos insuper alis, carere dicunt. Deinde eos, qui utriusque generi pedes tribuunt, de duobus tantum vulgo loqui animaduerto. Ita *Bochartus* loco priore citato dracones, ex aliorum mente, bipedes repraesentat. Idem P. II. L. III. C. XII. p. 423. *Cardanum* laudat de *Varietate Rerum* L. VII. C. XXIX. scribentem, quinque serpentes bipedes exiguis alis se vidisse *Lutetiae*,

tiae, ex India allatos. Pariter *Ioh. Iac Breuningius Itiner. C. XXVI. p. 166.* refert, conspectum sibi ingentis magnitudinis serpentem, duobus pedibus totidemque alis, vespertilionum ad instar, praeditum. Et *Mart. Zeillerus*, vir diffusae lectionis, *Epistol. Miscell. IV. p. 20.* quo loco de Draconibus agit, animal bipes alatum, draconis formam habens, in regno Congensi inueniri, ex *Phil. Pigafeta* tradit. Quae si ita se habent, quaeritur, num tales dracones & serpentes esu sint liciti, cum Lex tantum volucris reptili quadrupede vesci prohibeat? Mihi quidem haud videtur, quamuis & Indis & Americanis serpentes tam alati quam alis destituti pro cibo sint: testibus *D. Andr. Cleyero* & *D. Luca Schroeckio Ephemer. Acad. Nat. Cur. Decur. II. Anno II. Obs. 7.* in *Ioh. Sigism. Wurfhainii Itiner. p. 60.* *Ioh. Lud. Godofredo* apud *Matth. Merianem* in *Hist. Antipod. P. II. f. 221.* & *Guil. Dampierio Itinerar. P. II. C. II. p. 159.* Edit. Belg. Id enim quod *Leuit. XI, 20.* de volucris reptilibus quadrupedibus dicitur, *Deut. XIV, 18.* de omni humi serpente volucris enunciatur. Vnde phrasin illam על ארבע על הרובך non adeo strictè, quod aiunt, sed latiori significato de quouis reptili volucris, patet intel-
ligen-

ligendam esse. Atque haec sunt, quae Epistolae meae subnectere visum fuit. Possent quidem alia nonnulla addi, ut quae *Joh. Bapt. Tavernierius*, insignis peregrinator, *Itiner. P. I. L. II. C. III. p. 68.* Edit. Germ. de locustarum esu Ormuzi consueto commemorat. Sed ne integra mihi denuo Epistola ex additamento enascatur, finem scribendi facio, ubi monuero, menda quaedam in Epistolam meam, communi quodam libellorum fato, irrepsisse, ut p. 230. lin. 7. *affirmas* pro *affirmat*, p. 232. lin. 3. *qui* pro *quae*, & lin. 26. *verbit* pro *verbis*, tum p. 257. lin. 13. *infimi* pro *infimos*, & si quae sunt alia: p. autem 250. lin. 5. post *certe* restituenda vox *omissa earum*; & p. 268. lin. 15. post *loco* interscribatur *vel salire*. Iam iterum iterumque vale!



Nachstehende Bücher sind auch in Johann Jacob
Enderesens Buch-Laden zu Schwabach, die er
entweder selbst verleget, oder sonst in
Menge besizet, zu haben:

Acten-mäßige und wahrhaftte Humillima Informa-
tio &c. in Sachen Nürnberg contra Nürnberg.

Mit lesenswürdigen Anmerkungen. Fol. 1733.

Arnds (Job.) Sechs Bücher vom wahren Chris-
tenthum, nebst dem Paradis-Gärtlein, mit 64
in Kupffer gestochenen Sinbildern. groß 8. 1737.

Auszug aus Herrn D. Tressenreuthers Inaugural-
Disputation, die Materie von Zulassung einiger
menschlichen Ergößlichkeiten unter den Christen
betreffend. Mit Anmerkungen. 8. 1733.

Betrachtung, schriftmäßige, über das Coburgs
Tressenreutherische Oster-Programma, 1740. de
statu medio animarum à corpore separatarum. Mit
beygedrucktem Programmate. 8. 1741.

Chemnitii (Mart.) Zwey gründliche Schrifften von
der Rechtfertigung und dem rechtfertigenden
Glauben. Aus dem Lateinischen ins Deutsche
gebracht, und einer Päßtlichen Schand-Schrift
entgegen gesezet von G. W. Deder. 4. 1734.

Erinnerungen, kurze und nöthige, über die sum-
marische Vorstellung zweyer kleinen Schrifften,
vom mittlern Zustand der Seelen nach dem
Tod. 8. 1743.

Esenbecks (G S.) Erneueretes Gedächtniß, bey
Einweyhung der alt-neu-erbauten St. Gum-
brechts-Stifts-Kirche zu Dnolzbach aufgerich-
tet. Nebst einem Historischen Bericht und
Kupffer-Stich derselben. 4. 1741.

Salckenstein (Job. Heinr. von) Nordgaischer
Altcrthümer und Merckwürdigkeiten, aufge-
sucht

sucht in denen beeden Fürstenthümern des
Burggraffthums Nürnberg 3. Theile. Mit
vielen Kupffern und Land-Charten. Fol. 1743.
Ejusdem Analeccta Nordgaviensia. VI. Stück. Mit
Register. 8. 1740.

Oeders (M. Ge. Ludw.) Gründlich und bescheidene
Nachricht vom Ansehen der Kirchen-Be. samms-
lung, sonderlich des Concilii Tridentini. 8. 1736.

Ejusdem Unlaugbare Blöße des Pabstthums.
Nebst einer Abhandlung von der Neugkeit des
Pabstthums. 8. 1736.

Pistophil (Sinceri) Epistola ad Zeltnerum de muliere
papatu Romæ functa. 4. 1736.

Rabu (Job. Jac.) Calendarium Feitorum Dierumque
mobiliū atque immobiliū perpetuum. 4.
Onoldi. 1735.

Regensfusens (M. V. S.) 312. Heilige Buß-Übun-
gen auf alle Wochen-Tage des ganzen Jahrs,
über die 7. Buß-Psalmen Davids. Mit Kupf-
fern. groß 8. 1742.

Tischingers (Fr. Pet.) Singularia Ezechielis, oder
einige besonders merkwürdige Umstände von
dem Propheten Ezechiel. 8. 1743.

Vindiciæ Thoruniensium, sive Disquisitio brevis, san-
guinariū illius à Judicio Varsoviensi Assessoriali con-
tra Thorunienses 16. Nov. 1724. promulgati de-
creti. 4. 1734.

Zeltneri (Gust. Ge.) Epistola ad Danzium de Peccato
in Spiritu S. & Descensu Christi ad inferos. 4. 1734.

Zorns (Job. Henr.) Petinotheologie, oder Ver-
such, die Menschen durch nähere Betrachtung
der Vögel zur Bewunderung, Liebe und Vereh-
rung ihres gütigsten Schöpfers aufzumuntern.
2. Theile. 8. 1743.

des
Mit
43.
Mit

ene
nis
36.
ns.
des

ere


que
4.

uns
rs,
pfs

der
don

an-
on-
de-

ato
34.
erz
ing
ehz
rn.



131 F. 7

Band 34.

WDR

